

PAULI ÆGINETÆ  
LIBER QVARTVS,

Ioanne Guinterio Andernaco medico interprete.

DE ELEPHANTIA. Cap. I.



ECTE MEA SENTEN  
tia cappadox Aetius memoriae  
prodidit, auxiliorum uim morbis  
fortiorem esse oportere, eoq; ele  
phantiam nunquam curari, ut qua  
nulla superior medicina reperia  
tur. Si enim cancer ueluti elephan  
tiasis quaedam uni oborta particu

lae inter morbos insanabiles uel ab ipso Hippocrate res  
latus est, quanto magis elephantia ceu totius corporis  
cancer aliquis, ab omni abhorrebit remedio: Cū enim  
atra bilis, ex qua huic affectui origo est, duplici modo  
generetur (uel enim ex melancholico sanguine, fœculē  
tiorēq; & ueluti eius limo; uel bile flaua, utrisq; nimum  
ustis, nascitur) rubicundam quidem elephantiasim mitio  
rem quodammodo, uerius dixeris minus malignam,  
prima ipsius differentia procreat; reliquam uero, & ma  
ligniorē, quæ totum corpus fœdat ulceribus, & sum  
ma squamis exasperat, altera flauæ bilis supra naturæ  
modum adusta soboles, producit, Quapropter moro  
bo iam uictis matius admouenda non est. At si recens  
adhuc malum est, ut nihil ex summis deciderit, nulla ino  
festarit exulceratio, neq; tumores plurimum emineant:  
sola uero facies quodammodo sit decoloratio, sed ita  
ut non admodum deformis appareat, curationem ex  
periemur. Nonnulli siquidem uicq; haud pauci, sola ca  
pitis adustione pleroseq; hoc uitio tentatos, ne uincerent  
tur, inhibuerunt. Protinus ergo inter initia sanguis mitti  
debet, & magis uere, in quo potissimum hæc lues & na  
scitur, & intenditur, paucis diebus interpositis, nouem

PAV. ÆGIN,

X

decemve, pulte diacolocynthidos ipsos purgabimus, non semel, uerum subinde, ex proportione quantitatem medicaminis adaucturi. Item ex hiera purgatio his est idonea. Rursus interpositis circiter decem diebus, lactis fissilis serum dabitur, neque minus tribus heminis, neq; amplius quinq;. Insequenti tempore non fisso, sed recens multo lacte nutriuntur. Ob quæ si morbus remittat, eodem uti cibo debent: si remanet, lacte abstinebunt. Acremento autem uomitus cietur, à radícula assumpta, aut cibus. Proficit et ex albo ueratro post hæc purgatio: his quidem, si fieri potest, uere, semel per autumnu adhibita: Malo uictis neque sanguis mitti, neque ueratrum exhiberi debet, cum materia neq; ex cute in altum deriuari, neque hinc etiamnum minui possit, sed ad uentris, & intestina deducenda est. Medicamentis recorporatiis utendum, metasyncritica dicunt, quæ summam cutem desiccant, astringantq;. Leues igitur, cucurbitulæ uentris ori & præcordiis agglutinabuntur, eadem membra etiam dropace delinentur. Modico temporis processu rursus ad superiora reuertendum est, à purgatione quam præstat hiera, incipiendo, prætermissa sanguinis detractione, ut quæ plus noxæ, quam præsidii esset allatura. Atque hoc circuitu ad ternas uices quaternasue per annum uti expedit, uere potissimum & autumnopotare his prodest aceti cyathum, cum cedrini liquoris cyatho, & brassicæ crudæ succi cyathis duobus, mista dantur mane & uesperis. Vel syderitidis herbæ folia torrida denarii pondere in uini cyatho, uel cornus ceruini drachma, & scillitici aceti quantum cyathus implet, quotidie post matutinam obambulationem potui exhibetur. reliqua uero pro ratione temporis his offeruntur, uel scillæ lotæ denarii quinq; in mulla, uel melle, eclegmatis modo; uel liquoris cyrenaici ad erui magnitudinem, melle & butyro subacti, uel eboris ramenti drachma semis cum uini cyathis duobus, uel cumini Aethiopici drachmæ tres cū melle, instar eclegmatis. His amplius



iuuat theriacorum pastillorum denarius in uini primæ  
 notæ cyatho leuigatus epotusq; , similiter etiam scillitio-  
 rum pastillorum drachma bibitur. Et calaminthæ  
 succum seu efficacissimum potu auxilium commen-  
 35 dant, incipiendum dicunt à cyathis ternis ad usque ses-  
 nos. Cæterum omnibus his efficacior est theriace ex  
 uiperis, tum potui data, tum extrinsecus illita. Cum au-  
 tem bestiarum copia datur, nihil æque proficit, ac uipe-  
 rarum carnes comestæ, albo iure ex copiosiore aqua,  
 10 sale, porro & anetho de coctæ, usque dum spinæ dissol-  
 uâtur, sed capitibus ipsorum caudisq; digitos quatuor  
 prius amputatis, interaneis q; ipsorum cum cute exem-  
 ptis. Item theriaci sales eadem per se promittunt, cum  
 obsoniis assumpti. Tali enim ipsorum usu accidit, non  
 25 nunquam squamas, uel seu scabiem quandam, ex cute  
 elephantiorum decidere.

## VICTVS RATIO TALIS ERIT.

A somno manu molliter permulceri debent, alioq; de-  
 lecta gestationibus comitti, & clamore exerceri, deinde  
 10 fricationibus, & uario exercitationū genere uti, nunc sal-  
 tu, nunc halteribus & coryco. Postea sudore, quæ illinc  
 contraxerunt, absterfo desinentur adipe ursina, aut uulpi-  
 na, aut hyrcina, aut auis alicuius, aut butyro recenti, pau-  
 xillo tēporis interposito in lauacro perungentur succo  
 25 foenugræci, aut pisanæ cremore, aut ammoniaci momē-  
 to, qd' aceto subegeris. A balneo deterfi implebuntur  
 oleo lentisci, aut cenanthæ, aut myrti. Vino q; modico  
 cū alumine, uel ammoniaco, ut sordium sit spissitudo.  
 Rursus teneris panniculis deterfi dimidia hora coquite  
 30 scent. Inde potu aquæ ad uomitū sollicitabuntur, digitis  
 in os, aut pinnis demissis, post uomitam datur potui ui-  
 num absinthites, aut ex origano confectum. Cibus erit  
 panis hordeaceus, uel ossa ex polentis. Inter olera, beta,  
 lactuca, radícula, porrum, brassica aquis binis edulcata,  
 35 adde his capparim. Ex marinis ostrea, sumuntur,  
 pelorides, erinacei, pectines, tellinæ betis incoctæ

PAVLI AEGINETÆ

Sassamentum uetus ceu in medicamento uicem adhibetur . uino per totum morbi curricula, & uenere abstinendum. At cum uires recreantur, quod fit à purgationibus, pauxillum duntaxat uini tenuis & diluti assumitur, quando & acria sine periculo ingeruntur. R c c e q; 15  
 Ipsis datur ptisana, oua, chondrus elotus, lac, mel cum pane, malua, lapathum, sifaram, pifeis molli præditus carne. Ex iis quæ uolatu fidunt, probis donata succis. Inter fructus fugaces, ficus, unæ & uue passe. In dulciorum genere, quæ pini nucleis, aut amygdalis frictis constant, 10  
 & cnico, iis conferunt qui bis quotidie cibum capere solent, quibus graue est molestumq; semel duntaxat eum assumere. Interiorum cura habita, smegmatis in balneo utendum ex decocto betæ, aut fœnugræci cum aphronitro, aut sapone, aut myrobalano: interim & psilothris. 15  
 Abstergit itidē portulaca cum aceto detrita, tenue semper uiuum, lapathi radices aceto incoctæ, alumen cum sale. Item sandarachæ par modus ex uino, & oleo lentiscii. Huc spectat medicamentum, ad uiliginis speciem quæ alphas dicitur, accommodatum, ex alcyonio, nitro, 20  
 \*myrto, sulfure, sici agrestis foliis siccis, cum aceto tritum, si illinitur, idem præstat quod ex sepia testa cremata fit, pumice, nitro, terra cimolia extorrefacta, gūmi, galla immatura pari pondere siccum inspersum, aut ex aceto intricatum. Hoc aut mirabiles habet effectus: 25  
 Lapathi radicum fasciculus qui manu cōprehendi potest, nitri drachmæ quadraginta, thuris uiginti quinque, sulfuris tantundem, ex aceto Aegypto illinitur. Similiter hoc efficax est, quod recipit auripigmeti drachmas decem, sulfuris ignem non experti drachmas octo, costi drachmas duodecim, calcis uiuæ drachmas quatuor, ceræ totidem, baccarum lauri aridarum drachmas duodecim. 30  
 Hæc macerantur populi albæ foliorum succo, aut crasso decocto. Vbi mellis spissitudo est facta, illinuntur. 35  
 A L I V D. Radicum lapathi fasciculi duo, aceto incoquantur, & in pilam coniecti conteruntur, Deinde al

\* Aldinū  
 exemplar  
 habet  
 myrrha



cyonii pondo libra, aphonitri pondo unciæ octo, sulfuris ignem non experti pondo libra, cochleæ testarum combustarum pondo triens, chamæleontis cum radice pondo triens. Omnia simul leuigantur, donec sordidum fiat crassitudo. Deinde illinuntur per æstatem in sole frequenter, hyeme in balneo usq; ad desudationem. Item Aesculapii aridum smegma pulchre his conueniet, ac omnia quæ communiter explicabimus smegmata, uel etiam dicata alphis proprie huc pertinent, quæ admodum

5  
10  
15  
20  
25  
30  
35

8c quæ nunc aduersus illa prodidimus. At turgida corporis tubercula si inflammatione tententur, aut exulcerata sint, delinentur lycio Indico, uel glaucio, uel aloë, uel Andronii pastillo, aut polydæ sphragide, Cataplasma ipsi aptabitur chondro cum succo polygoni, uel arnoglossæ, uel parietaria trita. Insuper melissæ herbæ uiridis folia cum axungia tursa illitaq; mirabiliter proficiunt. Etenim partes ruborem contrahunt, sed ex facili subsident pane applicato, aut cerato ex amygdalino, coloremq; naturalem recipiunt. Exulceratis recte accommodantur emplastra, tum ex diphryge præparatum, tum ex uino melinum. Adde supradictis Coracion, quodq; constat oxymelle & pastillum Andronii, pompholigæ & cadmiam. indicium uero est totum morbum mitescere, si prima ulcera cicatricem recipiant. Ad spirandi uero difficultatem eorum qui elephantia laborant, aselli humetis in locis degentes, quicq; aut sex, ex aquæ mulsæ cyathis tribus potantur. Iam uero quedam ex iis quæ ad ægre spirantes inscribuntur, ipsi quoq; communiter competunt. A quarum naturalium usus adhiberi debet, ceu maxime necessarius, præsertim aluminosarum, ferorumq; resipientium. & fieri potest, frigidarum. Confert & ipsarum potio, tum marinæ arenæ usus. Eandem habent efficaciam omnia quæ desudationes mouent. Quoniam uero affectus hic, non minus ac pestilentia contagiosus est, quâ longissime ab urbibus ad loca mediterranea & frigida ablegare ægrotos conuenit: ubi pauci ho-

mines uersentur, siq; fieri poterit, inde rursus ad cōfinita migrabunt, tum ipsorū causa, tum illorum, qui, ut uero simile est, ipsi incident. Quippe sic aere fruentur com modiore, & alios hac lue non inficient.

DE LEPRO, ET SCABIE, QVÆ  
psora dicitur. Cap. II.

**V**Terq; affectus, cutis aspritudo est pruriens, in qua corpus paulatim absumitur. Originem ex atra bile ambo hæc uitia trahunt: sed lepra alius, circularibusq; erosionibus cutem depascit, & pioscium modo squamulas ex se remittit. Psora uero sumo mam illā corporis cutem exedit, uarias figuras habens, surfurea magis quā squamosa ex superficie descendunt: in quibus sanguinis dimissio adhibenda est, si corpus succis redundare uideatur. sin minus purgatio certe ex iis quæ atræ bili uacuandæ sunt. Extrinsecus autē utere communiter utroq; ueratro, calcemq; elotam torridamq; in ipso usu, aqua diluens ad sordium spissitudinem illinito. **ALIVD.** Saluæ, oleæ Aethiopicæ lachrinæ, singulorum denarii octo, capparis radice corticis, gummi, singulorum denarii quindecim. Inunguntur ex aceto ad solem, proprie uero lepras discit anemona applicata, item uitis albæ radix. Composita uero hæc. Iolii farinæ choenix, cardamomi albi denarii quatuor, nitri spumæ drachma, atramenti sutorii drachmæ octo, hastulæ regie radice mediæ drachmæ quatuor. Aceto pertrita, & in cerati spissitudinem coacta illinuntur, partū prius nitro deterfæ: ubi solueris (solues autem tertia die) & frigida aqua eluerts, rursus inungentur. **ALIVD.** Hastulæ regie radice succi unciæ sex, sulfuris ignem non experti, mannæ, singulorum drachmæ decem, nitri drachmæ octo, aceto subacta illinuntur. Ad psoram peculiariter facit ex simplicibus herba pedicularia, staphis agria dicitur, lupini amari, cardamomū cum aceto liliū radix cum melle, resina terebinthina sul



fur, cicer, caprillū stercus. Inter composita, misy & chalcitis pari modo ex uino humidiores pforæ delinuntur.

- ALIVD. Rhododaphnæ tenera folia in olei sextario simul incoquito, donec tabescant. Ac ubi proieceris oleo adiunge ceræ tractæ uncias tres. postquam soluta refrigerataq; fuerint, sulfuris uiui unciam inspergito, ad solem, uel in balneo perungito, nonnulli simul cum rhododaphne etiam scillam coquunt. ALIVD. Medis carienti δια χυλων, hoc est, ex succis herbarum confecti uncia duæ, ceræ tantundem, rosacei uncia, argenti spumæ uncia tres, cerussæ totidem, ligdæ picis uncia sex, helcysmatis uncia duæ, sirici tantundem, aceti quod sic cis leuigandis sufficit. ALIVD. Cerussæ uncia sex, amyli tantundem, plumbi uncia, lotariæ rubræ uel anchusæ, uncia duæ, ceræ uncia sex, rosacei uncia nouem. Anchusa probe cum rosaceo coquitur, deinde reliqua adiiiciuntur. ALIVD. Oua decem, uel quot ad usum opus est, aceto quam acerrimo macerantur, quousque putamen ipsorum tenerascat, lutea in eodem aceto coquuntur, leuiganturq; rosaceo, & reliquo aceto etiam argenti spumæ modicum ad sordium spissitudinem coactum illinitur. ALIVD. Ouorum quæ in aceto commaduerint, lutea tria, rosacei uncia sex, sulfuris uiui uncia tres, leuigatis prius cum aceto luteis & sulfure, ceratum adiiicito. Argenti spuma oxyrodino detrita, ut emplastri crassitudo fiat, acriores pforas exterit. Tam uero ex lapatho smegmata, & ex iis quæ elephantosis faciunt, plura communiter tum ad lepras, tum ad pforas conueniunt.

## DE IMPETIGINIBVS.

## Cap. III.

- Impetigenes ex tenui acrique sanie crassioribus aliis mista contrahuntur, celesterrime in scabiem, & lepram transeuntes, quapropter remedia ualide siccantia requirunt. Corpore igitur toto,

X iiii

PAULI REGINETÆ

si opus fuerit, euacuato, simplicia quidem ipsis confertur, cicer, ueratrum, erinaceus saxatilis, pix cerato, resinæque; mista, crocodili terrestris sterminus, atque sturnorum cum oryzam solam ederint. Plerique hoc solo impetiginem mentum infestantes aliamve particulam, aboleuerunt. Tritici multum capitur, incudique; ignitæ cuiuspiam imponitur, & quicquid inde humoris defluit, calens adhuc impetiginibus illinitur. Puerorum impetigines, hominis salua continue defricantur. His optulatur pruni gummi illitum. In uetustatem incidentibus uiticis folia cum aceto detrita applicantur, uel capparis folia similiter. Composita uero hæc sulfur cum thuris lachryma, aut cum ammoniaco, subactum aceto illinitur.

PASTILLVS AD IMPETIGINES.

Glutinis figlini denarii quatuor, thuris denarii tres, acetique cyathi dimidium, aceto soluta illinuntur. **A L I V D.** Chalcitidis, gummi, singulorum drachmæ octo, sulfuris ignem non experti, misyos, singulorum drachmæ sex, squamæ æris, acaciæ, singulorum drachmæ duæ, aceto delinuntur. **A L I V D.** Sulfuris uiui, nitri spumæ, singulorum drachmæ quatuor, cachryos grana sexaginta, leuigantur ex aceto. Sola uero pars uisitata, inungitur, sed ita, ut quæ integra est, non coingnetur: exaresacta, aqua frigida eluitur. **A L I V D.** Veratri albi \* singulorum drachmæ octo, farinæ lupini, buccinorum combustorum, nitri, singulorum chœnix. Arido detergentur. Porro impetigines, quas *απίδες*, id est, feras appellant, merito diocriter siccantibus remediis non discutuntur, acioribus autem irritantur. Adhibere igitur oportet medicamenta abunde quidem efficacis, sed quæ non ualenter erodunt, quale est istud: Glaucii, thuris, alcyonii, bituminis, sulfuris, gummi, singulorum uncia, aceto inungitur, **A L I V D.** Picem Africanam cum aceto costam liquatamque; illinito. **A L I V D.** ad impetigines & pruritus: Atramenti sutoril, sul-

\*Mant  
scriptū ha  
bet hemi  
næ.

\*Hic de  
est aliq  
in Græcis



furis, uiui, nitri, thuris, pari modo, in impetignibus quibusdem, aceto adiecto, in pruritu autem uino utitor.

ALIVD Leichenion, ab impetignibus curandis nuncupatum. Guttæ ammoniaci, erui farinæ, lupini farinæ æquales portiones aceto iilunantur.

## DE PRVRITY. Cap. III.

**P**Ruritus qui senibus accidit, ex toto nunquam cōsanefcit, uerum lenitur infra positis remediis, in reliquis ætatibus, si ex prauo humore contrahitur, qui nimirum biliosus, aut pituitosus, putris falsusue est, per ipsius uacuationem tollitur. Porro agnoscitur ab ætate, temperamento, uictus ratione, anni tempore, regione, & reliquis his consimilibus. Si igitur in uenis simul cum sanguine redundare uideatur, à sanguinis dimissione autpicandum est: Sin autem qualitate magis uitiosus extiterit, similibus eo medicamentis uacuato, ad exteruam curationem diuertemur. Lauandum itaq; profus ieiuno est, nonnunquam & modico cibo sumpto, iterum lauandum: quippe uitium uix inhumescit, detergitur autem, scœnugræci decocto, aut betarum, aut fursurum, aut malux agrestis & satiuæ, aut psillanæ.

Præter hæc, farinæ etiam fabaceæ, uel lupini, uel glandis unguentariæ, uel smegmatis ex pepone præparati, quod *πρωτότυπον* appellant, si inueterauerit, lauatio si militer quidem conuenit: fots eutem ex saluix decocto, myricæ, herbe mercurialis, origani, pulegii, baccarum lauri, cucumis syluestris radice, capparis, cineris lixiui stillicij, muricæ acerosæ. Deinde respurguntur arido nitro, uel cum foecula aceti, uel quod recipit nitri spumæ sextarium, thuris lachrymæ, sulphuris uiui, singulorum libram, cimolite libram semissem. Vel hoc, Aphronitri, sulfuris uiui, alcyonii combusti, pari modo. siccis utitor, uel cum quodam ex supra dictis decocto. Si autem placet, etiam ueratrum siccum inspergito, sine pingui addito. Illinuntur autem cum oxelæo herba pedicularia contrita, uel sulfur, uel sandaracha, uel omnia, uel sinapi, cū

myrobalani expresso, & oxelæo, uel utere cochleis cō-  
 buftis leuigatisq; melle, uel lapathi radicibus, uel smeg-  
 matis inde confectis, ut in capite de elephantia compre-  
 hensum est, aut quibusdam ad scabiem efficacibus. Si  
 autem exulceratio partes exercuerit, parigro, uel diapō-  
 pholygos appellato medicamine utendum, uel ceræ  
 npres-uncia liquefacta in cyprini \*hemina, cui sulfuris adiecta  
 -yatho sit uncia.

## ALIUD AD PRURITVS.

Nucum magnarum cutis uncia, sulfuris tantūdem, apii  
 succo leuigatis utitor in balneo, membra affatim defric-  
 ans. Hoc solum multis tum scabiosis, tum alio pruritu  
 detentis, abunde fuit. Item apium per se uiride tulum  
 infricatumq; in balneo uehementer auxiliatur. Similis  
 effectus est perdicion & acernia resina cum rosaceo so-  
 luta, illitaq;. ALIUD. Oryzæ puræ & nimis candide un-  
 ciæ tres, tusæ cretæq; aceto quamacerimo leuigantur,  
 donec sordium fiat spissitudo, adiciaturq; priuatim sul-  
 furis uiui detriti uncia, mixtis perbelle in balneo utitor,  
 diutius defricans. At in his qui superfuitatibus magis re-  
 dundant, pari portione illorum temperata, præstantius  
 remedium reddetur.

## DE LEUCA. Cap. V.

**L**euice, cutis quædam ad albidius muratio est, q̄ ui-  
 scosa glutinosaq; pituita contrahitur. Quoniam  
 uero non quælibet leuce curationem recipit, nos  
 tas ipsius tales habeto. Acu per summa leucæ puncta,  
 sed cute non penitus; si sanguis emanauerit, sanabilis  
 est: si lactea humiditas, desperata est. Vel panniculo la-  
 neo asperiore infricata cutis, si quidem rubicundior es-  
 uaserit, medicinæ locus est: si idem color remanet,  
 non conulescit. Et quæ plura corporis loca obsidet,  
 leuce, difficiliter tollitur, q̄ quæ pauca deturbarit, ite in ue-  
 tustior, quàm recens minus in medicina spei habere cẽ-  
 senda est. Nonnulli igitur adustionem, quæ ferramento  
 candente administratur, in leuca probarūt, sed ita, ut hæc



uel sola ualeudini fufficeret, Alii uero dolorem inde el  
catricemq; fecuturam ueriti, ut quæ non minus ac leu  
ce indecora fit, medicamentis crustam inducentibus,  
qualla & cicatricem ait concolorem efficere, ufi sunt.

- 5 Alii & horum inefficaciam repudiantes, tincturis uti ma  
luerunt, imposture potiusq; auxilii rationem habentes,  
quæ sanè omnium maxime uitari debet, quòd affectus  
celeriter renascatur. Itaq; subiectis uti medicinis, confu  
10 sium est. adarce, cachryos, sulfuris ului, singulorum paria  
pondera, tusa & incerniculo priuatim creta, deinde si  
mul cum aceto in pollinem sat multis diebus detrita, in  
sole illinuntur, non uniuersa, ne cutis exulceretur. Proce  
dente autem tempore, ueratri, & gallæ similiter momē  
15 tum addicitur. A L I V D Fici nigræ furculos, aceto  
imbutos, contritosq; misceto, aphronitri sulphuris ignē  
non experti, myricæ fructus, pari singulorum modo,  
ubi nitro cutem defricaueris, in sole perungito, animum  
attendens ne exulceretur. Archigenes autem fici foliis,  
20 calcis uiuæ quod satis est, mixto, similiter usus est, uel in  
fricatas, inquit, leucas, albo ueratro, donec sudore diffu  
entes reliquo corpori concolores fiant, illinito synopide,  
uel mediade, uel acu transfixa punctas quoad cruor  
emanet, illinito synopide, cum aceto, uel prius absterfis,  
25 ut est comprehensum, perungito, siciliquore recentis, &  
folio eiusdem affatim infricato.

DE ALPHO ALBO, ET  
nigro. Cap. VI.

- A Lphi cognato leucis modo generantur, sed he  
altius cutem mutant ut pilos quoq; sibi similes  
30 procreent. Alphis summam cutem infestant, quã  
quam & ipsi cum uetustatem sentiunt, penitus recedūt  
in eisq; albi pili enascuntur idque humoris qui subest  
ratione. Etenim ex pituita albi ducunt originem,  
nigri ex atra bile, utrisque igitur commune pro  
35 dest auxilium, elota calx aqua soluta, aut draconis  
culi radix, cum aceto illita, simili modo, utrunque

PAVLI AEGINETÆ

ueratrum eisdem efficax est, item lupinorum amarorū  
 decoctio superflua, eorum q; farina, ex aceto, uel oxyme  
 lite inducta, iam capparidis radicis cortex cū aceto, liliiq;  
 radix cum melle, cepa ex aceto in sole peruncta, croco-  
 dilli terrestris simus idem præstat, pari efficacia & sturni  
 excrementum, cum oryzam duntaxat ederit, sepia: q; te-  
 sta concremata. Compositum uero hoc præstans est,  
 Alcyonii, nitri, singulorum pondo sextans, ueratri albi,  
 sulfuris uiui, singulorum uncia. Nonnulli uero & floeces  
 uini combustas adiciunt. ALIUD. Sulfuris ignem non  
 experti, nitri spume, singulorum denarii quatuor, cachry-  
 os grana septem, teruntur cum aceto, solum uero alphi  
 perungito, sed ita ut integram partem non attingas. sic  
 catum medicamen aqua frigida eluitur.

ALIUD farina lupini, buccinorum, & nitri, singulo-  
 rum chenix, ueratri albi, drachmæ octo. Arido pars de  
 fricatur. ALIUD. Erufariuæ pondo duo, erucæ semi-  
 nis, amygdalarum amararum, cucumis syluestris radicis  
 singulorum pondo: mulso simul leuigata delinuntur, &  
 hora interposita per spongiam abluuntur, facit etiam ad  
 ephelidas, uaros, & clauos.

AD ALPHOS ALBOS  
 EXPERTA.

Sulfuris ignem non experti, sextarii duo, calcis uiue can-  
 didæ, uncia quatuor, albumina ouorum, quinque olei  
 nardini, & aceti momentum, sulfur primum in pollinē  
 cogitur, mox oleum nardinum ei suprsinfunditur, rur-  
 sus q; leuigatur, deinde acetum instillatur, & iterum teri-  
 tur, calcem uero priuatim lotam semel, bis, terve, sulfur  
 adiciemus, unā cum ouorum aquato, & denuo conteri-  
 mus, collectus humor effunditur. paucillum uero relin-  
 quentes, ut unguen queat illini, in hūc modum utimur.  
 ALIUD Archigenis. Sulfure uiuo, fici foliis aridis, a-  
 phronitro, alcyonio, terra cimolia, myrto, ex aceto uti-  
 tor. ALIUD Archigenis, fici foliorum quæ in umbra  
 exaruerint, sulfuris, aluminis singulorum æqua portio



cum aceto inungitur, aut foliorum fici, denarii quatuor,  
nitri duo, alcyonii combnstantundem, aceto in balneis  
illinitur. Priuatim nigros exterit efficaciter sandaracha  
cum sulfuris dimidio, sed cute nitro prius defricata, in  
5 sole perungitur. albos uero tollit atramenti futorii, æru  
ginis, æqualis modus, nitri duplicatus sine pingui infris  
catur, perungiturq; , uel cachryos, sulfuris uiui, adarcæ  
æquæ portiones, ex aceto infricantur, illinunturq; , cum  
inauerint abluito, locum perfricans. Idē facti & leucis.

10 AD STIGMATA, EX COM  
uentariis archigenis. Cap. VII.

**S**Tigmata curabis, si quod matulæ adhærescit, ac  
to quamacerrimo illinas, uel calcis uiuæ partem  
unam, nitri tosti sulul dimidiam, cum aqua in sole  
15 illinito. At ubi exulcerationem fuerint experta, cicatricē  
tanquam ulceri inducito. Criton uero iubet confricatæ  
nitro prius cuti terebinthinam illini resinā, linamentisq;  
colligatam sex diebus relinqui, septima deinde solui, &  
acu pungi stigmata, & sanguinem qui flueret spongia  
20 detergi, interiectoq; breui temporis spatio, tenui sale cō  
fricare locum. Tum imponi ad dies quinque medica  
mentum quod recipit, thuris, nitri, cineris lixiui, calcis, ce  
ræ singulorum denarios quatuor, mellis octo. Soluto  
enim medicamento, quod est nigrum, in eo deprehen  
25 des. ALIUD unguen. Piperis drachmæ due rutæ, sing  
ulorum drachmæ quatuor, sandarachæ, drachmæ qua  
tuor, auripigmēti drachma, mellis qā satis est, cuti prius  
nitro infricatæ illinitur, itē aliis priori consimiliter per  
actis, per triduum soluitur, & nigritie absterfa, rursus in  
30 ungitur. Exerit enim (inquit) diebus uiginti, tam integre  
ut nec exulcerationem, nec cicatricem relinquat.

ALIUD quod Criticon dicitur. Thuris drachmæ qua  
tuor, nitri drachmæ due, atramēti futorii drachmæ qua  
tuor, ceræ drachmæ sex, piperis drachmæ tres, calcis  
35 drachmæ tres, thapsiæ totidem, auripigmenti drachmā  
una & semis, sandarachæ drachmæ tres mellis quod

sufficit, utere quemadmodum superiore. Oribasius tradit ranunculum illitum, uel capparis folia stigmata extere. At si altius fixa non discutiantur, leuiter autem ad cutem pertineant, crusta ferramento frigido excitata tolluntur.

DE PITUITÆ ERUPTIONIBVS,  
quæ exanthemata uocantur. Cap. VIII.

**P**ituitæ eruptiones, quas Græci exanthemata uocant, ex crassis in cute concretis humoribus, magisq; quum superior pellicula densior est procreantur. In quibus igitur, si altius humorum copia subterit, primum purgatio tentanda est. Nam si hoc neglecto, prius discutere aggrediaris, obstrues ipsos potius quam per cutem euacuabis. Sin autem nullæ in alto deliteant, humorum colluuiæ, per cutem uacuare oportet, nec procul attrahere, si aluo, aut uomitu uacuationem mouere, sed humorum qui cuticulæ impacti sunt, curandam uiam medicamentis experire, quæ exurunt calfaciuntq; maxime quum latæ sunt eruptiones, siquidem tam frigido, crassoq; humori, huiusmodi dedicata sunt. Lauri igitur tenerorum foliorum, rutæ & mannae, æqualem, singulorum portionem detritam & lachrymam thuris oleo subactam delinito, uel betam teneram incoctam tritamq; Inducito, aut ceræ drachmas octo, sulfuris, tantundem, salis drachmas sex. Arida in pollinem coacta, & olei cyatho dimidio superfusa, omnia simul incoquito,

\*Manu  
scriptū ex  
emplar  
octo hēt.

factoq; emplastro uitor. Sed coctioni sedulo assistendum est, quod uehementer efficax remedium fit.

AD EPINYCTIDAS. Cap. IX.

**E**pinyctides ulcuscula sunt, sua sponte erumpentia, pustularum specie & subrubra, quibus apertis, cruenta sanies defluit, per diemq; non magnopere excruciant; per noctem uero, graui magis quam pro ratione solutis ulceris, dolore torquent. Itaque liquor silphii aqua solutus imponitur, nam citra rorionem desiccet, aut cicuta in leuorem detrita inducitur, aut brasica cruda cū



aqua, aut apium cum posenta trita applicatur, aut alteri  
 folia cum melle pertrita adiucentur, aut solanum per  
 se, & cum coriandro uiridi, aut oliuæ foliis utitor cum  
 aqua coctis: aut uuas acinis exëptis, leues, aut uuas pass  
 25 sas splenio illitas imposito, uel adianthum ex melle tri  
 tum, Vitari debet acrium, acidorum, & salforum efus,  
 fomenta, balneum, & insolatus.

DE PVSTVLIS, QVÆ GRÆCE  
 phlyctenæ dicuntur. Cap. X.

30 **P**ustulæ quæ non sua sponte rumpuntur, sed gra  
 ui dolore excruciant, acuta perforari acu debent,  
 qua parte humoris colluuiem subesse senseris.  
 Deinde humore leuiter expresso cutis obducta finitur,  
 donec impleatur. At si uulnus conuieat, denuo pustula  
 35 perforanda est similiter & exprimenda, tum cutis præ  
 posita, seruanda quandiu id quod sub ea exulceratum  
 est, ad cicatricem peruenerit. Priusquam igitur pustulæ  
 erumpant, coctæ lenticula, cum aqua leuigata inducitur,  
 40 uel mali granati uirgulta, cinere calido tepesacta impo  
 nuntur, & loci attinguntur. Quod si ruptæ fuerint, & ul  
 cus excitatum, adeps suillus liquefactus & argenti spu  
 mæ detritæ mistus, in linteumq; illitus admouetur, uel  
 lilii radix in aqua coctæ tritaque cum cerato imponitur,

AD EPINYCTIDAS ET

PVSTVLAS.

35 Argenti spuma & sulfur ignem non expertum pari por  
 tione cum aceto applicantur, item myrtus in leuorem  
 redacta, sordium illitione cum oleo & uino: benefacit,  
 tum his, tum calidis feruoribus & pituitæ eruptionibus,  
 40 gliscentibus capitis ulceribus, furunculis incipientibus  
 & adustis medicamentum, & quod molybdena, & quæ  
 ouis preparatur.

AD AMBVSTA IGNI.

Cap. XI.

45 **A**mbusta igni medicamenti indigent quæ modice  
 abstergat, non euidenter calefaciat, aut refrigeret.

PAVLI ÆGINETÆ

Itaque terra chia, cimolia, cretica, omnisq; leuis illita cū  
 aceto non admodum acris, uel aqua, præclare facit, pro-  
 hibetq; pustulas excitari. item ouum integrum crudum  
 statim impositum, lana molli exceptum, etenim refrige-  
 rat leuiter & citra rasionem desiccatur. idem efficit atra-  
 mentum scriptorium illitum, uel lachryma thuris aqua  
 diluta, uel lenticula cocta tritaq; uel etrus inicitur. At  
 ex aqua calente uisiones priusquam pustule otiantur o-  
 liuarum halmadum aqua continue superfunduntur, ipsi  
 teq; halmades cum polenta contrite inducuntur, aut a-  
 lumen scisibile, pertritum cum aceto illinitur, aut fel tau-  
 num cum aqua copiosiore liquatum inungitur, aut fixi-  
 uium stillatium superfunditur garo, aut muria fouetur,  
 aut bulbi liliorum, aut hyacinthi, aut narcissi cum rosa-  
 ceo triti & in sordium spsitudinem coacti delinuntur,  
 Marcellus autem hoc compositum tradit. Panniculi  
 melle imbuti & hordei succo irrigui combustiq; cines-  
 ris mittuntur drachmę octo, ceruse drachmę quatuor,  
 butyri drachmę octo, cerę, seui caprilli, rosacei, singulo-  
 rum drachmę sedecim. At pustulis iam excitatis, thus  
 cum polenta tritum aceto applicatur, aut lixiuum cum  
 calce uiua cerato mixtum illitumq; linteolo imponitur;  
 iam quod spherion dicitur medicamentum, ambustis  
 utile est, partes exulcerate portis contritis obducuntur,  
 aut portulaca contrita cum polentis, aut columbæ simi-  
 linteolo inuoluti combustique & oleo diluti cinere uti-  
 tor. Mirifice proficit & piceę, aut rhedę cortex, aut a-  
 dianthum aridum, leuigatumq;, aut myrti folia combu-  
 sta, pertritaq; insperguntur. efficax autem unumquod-  
 que horum est & si cū cerato componitur, item quod  
 rubrę anchusę radice sicę & in leuorem contusę pō-  
 do trientem recipit, cerę tractę pondo dodrantem, ro-  
 saci uncias duodeuiginti, iam quod cerusa constat cū  
 modica cerui medulla laudatum est remedium.

AD EOS QUI FLAGRIS

cah sunt,

Cap. XII.

Cerusa,



**C**erulæ, argenti spumæ æqualis portio, ceræ quadrupla cum sulfino, aut rosaceo, emplastri modo inducitur, primo die priuatim sulfino solo utitor, uel croci drachma, tragacanthi tantundem, ouum integrum, sine eruis unita cæsis imponuntur, item pellis ouis recens exoriatæ calens adhuc circumdata, quolibet efficacius die uno & nocte perfanat.

QVO MODO PILI ADVSTIS  
renascantur. Cap. XIII.

**P**ili ambustis nascuntur, si fici folia in fictili tosta, cum cerato in emplastri modum imponas, aut fici pinguis drachmis octo, samplici drachma, tritis cum oleo donec cerati fiat spissitudo, utitor, uel de trimenti lapidis drachmas centum, æris squamæ drachmas decem cum aqua subactas in pastillos cogito, in usu partem unam cerati partibus octo diluito.

AD ABRASA, QVÆ APOSTR  
mata Græci dicunt. Cap. XIII.

**A**brasa & superficiem infestantia ulcera, primum aut uino aut aceto, aut muria acetosa astringes. Deinde medicamentis, ad cicatricem ducendam, utere, tum liparis, tum ex albis emplastris tripheris. Summe autem facit quod cerulæ partem unam recipit, ammoniaci, dimidiam, myrtei quod satis est. Ammoniaco ex aqua in leuorem trito cerula miscetur, myrteumq; superfunditur: utitor lipara. Vel lapidis detrimento probe eloto, squamam æris admisceto, & myrteo in leuorem coactis utitor, aut cimolia, & argenti spuma, ex uino, ricininoq; & myrteo tritis utitor.

AD ABRASA, INTERTRIGES  
nes, inueterata ulcera, senilem tetteramq; cutem.

Argenti spumæ chrysitidis drachmæ quinquaginta, cerulæ drachmæ uiginti, resinæ siccæ ex teda drachmæ duo decim, olei sesquihemina. Argenti spumæ oleo incoctæ reliqua adiiciuntur: rudicula agitatis, uel etiam in pi-

PAV. ÆGIN.

Y

PAVLI ÆGINETÆ

sa emollitis uitior, sed cutem abrasam ab ulceribus non oportet amputare, sed medicamentum ei inducere: sic enim glutinabitur uel nigrescens. At ulceri, quod eroditur sordidum; est si carne nudum hiat, uix cicatrix obducitur. Cæterū abrasa tuetur ab inflammatione, rhu rubrum, si illinatur leuigatum, cum melle, aut iunci rotū di coma cremata, & cum melle imposta.

AD ABRASA, FLAGRIS CAB

sa, & articularum contusiones medicamen

tum, quod dolorem leuet ano

dynon appellatum.

Argenti spumæ, cerusæ, singulorum unciz decem, cera: unciz sex, olei puri, aut rosacei sesquilibra, amyli unciz duæ. Ad eadem ualet Pelarion quoque ex heliocyfmate quod est stercus argenti, item medicamentum quod ouis constet.

DE FORMICA, ET VER

ruca.

Cap. XV.

**V** Truncus uitium, cutis excrescentia est exigua, callosa, & plerumque figura teres: sed formica, quæ Græce myrmecion dicitur, latiore basi, & sesquialis est, similem mordentis formicæ sensum inducit. Veruca autem, quæ Græcis uocatur acrochordon, angustiore, & pensilis est, ut chordæ nexu suspensa pendere uideatur. Hos igitur tumores, elaterium cum sale infricatum tollit thuris lachryma cum aceto, grossi cū aceto, farina, & nitro, liquor fici illitus similiter facit, tithymalli, smaridis caput fassum concrematum, ærugo cum sulfure ignem non experto combusta, ocymi folia cum atramento sutorio, sarmentorum adhuc uiridium ustorum quod distillat, simus ouillus cum aceto, hircinum fel illitum, heliotropii magni fructus, cum uino applicatus, ruta cum nitro & pipere, nitrum cum urina pueri uenerè non experti, stercus bouis gregarij in aceto.

DE GANGLIO. Cap. XVI.



**G** Anglium neruorum concretio est, ex ictu; aut lasitudine oboriens, in pluribus quide corporis partibus, præcipue uero motui dicatis, nempe manu summa, & pedibus. Quo in uitio Archigenes calcem uiuam unâ cum adipe anserino, & terebinthina, imponendam censet. Sæpe uero medicamine, quod lapidem achatem recipit, utitur. At Oribasius, eo quod subsequitur, cerusæ, resinæ piceæ, olei ueteris, singulorum unciâ, ammoniaci suffiminis, galbani, singulorum tantundem, ceræ unciæ quatuor, aut pilam pensilem plumbo conflata, inquit, crassio rem uertebræ modo, ganglio amplio rem imponito, deligatoq; pondere suo quidem longiori temporis spatio ipsum dissoluit, atq; hoc nos utimur.

DE INFLAMMATIONE. Cap. XVII.

**O** Mnes ex æquo tumores calidos, quibus dolor, feruorq; adest, nostri inflammationes, Græci phlegmonas appellare consueuerunt. Verum pro diuersa quæ ipsos facit, materia, hi quoq; euariant. Cum enim sanguis probus & crassitie mediocris, in particulam aliquam uniuersim confluxerit, ac propter copiam impactus inhaerit, inflammatio proprie appellata nascitur. Cum uero flaua bilis in parte aliqua substiterit, herpete uocant, ubi uero & sanguis, & bilis flaua simul incubuerint, erysipelas excitatur. At cum sanguis, qui influit, calidus impese, & crassus fuerit, carbunculos ouere solet. Itaq; ab inflammatione quæ peculiariter phlegmone dicitur, & multis semper accidit, incipiendū esse iudico. Tumor rubens, doloris plenus, tangenti renitens, & calidus ex sanguine, ut à me dictū est, probò originē trahit; qui, sanguinem dico, nunc ex toto fertur corpore, nunc in aliquam particulam copiosus incumbit, sic ut à uasis nequeat contineri, exciditq; aliquid rotis modo in amplia partium quæ intercedūt, spatia. Est cum uitium hoc uulneribus, fracturis, ulceribus, aliisq; pluribus externis causis superuenit. Cum itaque inflammatio res

pente eueftigio particulam quampiam sine manifesta  
 caufa præcedente obfederit, totum uero corpus, parti  
 contagium transmittat, uniuersum quidem id, sanguinis  
 dimiffione, uacuari oportet. quod autem inflammatio-  
 nem experitur, superfundere ac illinere medicamentis,  
 quæ non calefaciant, humectentq; , sed illuuiem humo-  
 ris repellere sint idonea. At quod iam in affectam partem  
 se receperit, euacuatur. Itaque illinitur cataplasma quod  
 constat semper uiuo, mali Punici cortice, uiuo incocto,  
 cera, & polenta, hoc & similibus cum dolor uehemens  
 non urget utendum est. Vbi uero particula fluxionem  
 cum dolore ampliore senserit, ne sic quidē calens aqua  
 oleum ue adhiberi debet, aut ex farinis cataplasmata, ut  
 quæ fluxionum uitis omnia sint inimica, doloris tamē  
 uehementia leniri eo quod constat passo rosaceo, ceraq;  
 modica, & lanis sordidis quæ œsypi multum contine-  
 ant. Per æstatem quidem frigida, hyeme egelida exci-  
 piuntur, applicanturq; , sed ita ut superiores quoq; affe-  
 ctis partibus locos, spongia uiuo austero imbuta, aut po-  
 sca frigida comprehendant. cæterum miscentur cum ca-  
 taplasmatibus utiliter etiam herbæ. Parietaria igitur ad om-  
 nem inflammationem accommodata est, tum per initia,  
 tum in augmento, consimiliter glaucium, atriplex, mala-  
 ua, lactuca, cucurbita, calidis illitæ, benefaciunt & tribuli-  
 utriq; inflammationibus ex influxu concitatis. brassica  
 uero durefcentibus ualeat. At ubi immutatio his obori-  
 tur, nec pus subsidet, curationem tentabis emplastro,  
 quod ex chalcitide conficitur, aut quodam persimili fluxionibus dicato, lanam uero puram uiuo austero im-  
 butam extrinsecus medicamento superaccommodabis.  
 Atque hac ratione inflammationibus ex humoribus de-  
 fluxu contractis medeberis. Eas aut quæ occasione cuius-  
 dam feruntur acceptæ, si calefacias humectesq; , non ofe-  
 fenderis, ac si ulus quandoq; postulauerit, scarificare ipsas,  
 cõueniens erit. At si ob defluxionem ortas inflama-  
 tiones scarificatione diuiseris, præsertim per initia, malia

5

10

15

20

25

30

35



quoddam haud mediocre ægrotanti accerses.

DE EXTERIORIBVS COR-

poris abscessibus. Cap. XVIII.

- Q**uod si fieri non posse tibi uideatur, ut puris eruptionem impedias, panem hydrelæo incoctum delines, aut farinam hordeaceam consimili præparatam modo, particulam iure radicis althææ incoctæ fouebis. At si tumor ad suppurationem contumax est, aut ægre discutitur, cataplasmate ex ficis siccatis utere: oportet autem ficus dulces pinguesq; incoctas aqua eliquescere, ac ius ipsarum in tenuis mellis speciem cogi, farinamq; hordeaceam adiici, & si quidem tumor subsidet minus ac conuenit, ficus incoctas hyssopum, origanum uel: si uoles magis interdere, salem decocto iniicies diligenter animum aduertens, ne ex siccitate nimia pars in duritiem occallescat. Tale si quando uideris, cucumis syluestris radicem, aut althææ, aut bryoniæ aqua simul decoques, ualentior autem & discutiendo promptior, dracunculi radix est, ipsumq; medicamentum, quod dracunculo constat, ualide huiusmodi uitia dissicit. Nonnunquam igitur soium hunc decoques, nonnunquam & ficus siccatas admiscebis, farinamq; simul cum adipe. Iam anethinum olei crudos humores, incoctosq; tumores, & concoquit, & discutit. Item pix duros ac crudos tumores uniuersos cataplasmatibus indita concoquit, magisq; liquida. **MEDICAMENTVM COMPOSITVM**, quod abscessus iam coctos expellit, ut subinde pus in splenio reperiatur: nondum uero coctos in totum digerit. Lapidis pyritis drachmæ duodecim, ammoniaci tritici tantundem, lomenti drachmæ sex, exceptum pice liquida, pelliq; illitum imponitur. Splenium uero non prius aufertur quam sua sponte deciderit, sed medicamentum non multo ante præparari debet, ut quod confestim siccescat. In his autem si tumor non dissipatus fuerit, & pus sub eo delitescat, parte scalpello diuisa, id ipsum uacuabitur, cura deinceps

PAULI ÆGINETÆ

adhibita ne oleum, aut aqua admoueat, uerum si uul-  
nus abluere interim oporteat, aqua mulsa, posca, uino  
& mulso uteridum est. Si uero inflammatione conficte-  
tur, ex lenticula cataplasma inducitur, ubi illa caret, alio  
quodam medicamento, quod illini queat in huiusmo-  
di sectionibus utemur. quinetiam eo quod constat chal-  
citate. Cæterum super ipsis iniicitur spongia lana ue uis-  
no austero imbuta, uulneri autem nullum pingue medi-  
camentum accommodatur, quale est tetrapharmacum  
nam uehementer postulat siccescere.

QVAE ABCESSVS RVM  
PANT.

Quoniam nonnulli abcessus ferramento diuidi non  
sunt, tentanda sunt & medicamenta, quæ ab extra  
hendo dicta sunt epispastica: narcissi radix in pollinem  
detrita, & in mulsa cum irino cocta illinitur, uel tenera  
calami radix, minutim detrita cum melle. quod si dura  
fuerit, mulsæ prius incoquetur: uel aristolochiam cum  
melle applicato, rumpit autem picis aridæ & propolis  
Creticæ par modus, cicatricemq; inducit.

DIONYSIA AD ABCESSVS

mirabilis, item ad mammas & inguina, epis-  
pastiche, quæ per latentes me-  
tus discutit.

Olei ueteris, aquæ singulorū pondo libra, hydrelæum  
incoquitur, mox, aphronitri pondo uncia sex adiciuntur,  
mifyos pondo uncia una uel duæ, incoquantur do-  
nec manus non inquinent. Deinde miscentur manæ, thus  
ris, ceræ, terebinthinæ, singulorum pondo uncia sex.

AD NERVICOS ABCESSVS.

Ceræ, colophonix, butyri singulorū libra, picis aridæ,  
mellis, singulorū libræ duæ, æruginis uncie tres. ALIUD  
epispasticum. Suffiminis ammoniaci selibra, ceræ, terebi-  
thinæ, singulorū triens, sulfuris uiui quadrans: nitri qua-  
drans. Similium aut medicamen appellatū, & quod por-  
ris constat, ualide tumores iam mutatos rumpit. Q uod lini



feminis succum recipit, p̄ cōmode discutit, mutat, rum̄  
 pit̄q; At mitioribus abscessibus medicamēta cōgruent  
 etiam ad parotidas inscripta. Atq; hæc de abscessu, qui  
 ab inflammatione emanat. Galenus aut̄ memoriæ tradi  
 dit abscessum nulla præcedente inflāmatione constitui,  
 quæ ex probo sanguine habeat originem. Statim si quis  
 dem ab initio, inquit, humor aliquis alt̄s specie alius in  
 parte quadam collectus, uicina illi corpora excoriat tēp̄  
 pore, & à subiectis dirimit. Sane inueniūtur in huiusmodi  
 abscessibus cum scalpello sunt diuisi, omnigenæ, tū  
 humorum, tum solidorum quorundam corporū spe  
 cies. Etenim stercoꝝ, urinæ grumo, humori mel referen  
 ti, mucosoq; ad hæc ossibus, unguibus & pilis, consimi  
 lia corpora reperiuntur, imo & animalcula subinde in  
 uenta omnibus prope quæ ex putredine subnascuntur  
 simillima. Præterea in abscessibus potissimum inuetera  
 tis, qui ex humorum decubitu prouenerint, colligi tra  
 dit, quæ lapides, arenas, testas, ligna, carbones, lutum, for  
 des, amurcam & fæcem repræsentent. Quare absolu  
 tior exteriorum maxime corporis abscessum significa  
 tio compendiose tradenda est, tum eorum qui medica  
 mentis discuti nō possunt. Abscessus itaq; est carniū seu  
 partium carnosarum, nempe musculorū, uenarū, arteria  
 rum corruptio, mutatioq;. In genere abscessuum non  
 nulli tunica comprehenduntur, ut atheromata, steatoma  
 ta, melicerides. Alii sine tunica constituuntur, quæ gene  
 ris uocabulum usurpant, unde sermo hic noster pro  
 cedit. Porro abscessuum generationem plurima parte  
 inflammatio præcedit, de qua disceptatum est. Interim  
 protinus ab initio, quemadmodum nuper diceba  
 mus enascuntur. Comites abscessuum sunt, igneus  
 loci feruor, tumor eminens, ruberq; magis ac antea,  
 durusq; cū dolore punctorio, pulsu, & grauitate, ut alio  
 quid ex particula suspensum esse uideatur. Quod si ue  
 ro locus insignis extiterit, febris accedit & rigor inor  
 dinatus, noctu potissimum dolor fatigat, & febricula.

PAULI ÆGINETÆ

Est cum inguinis inflammatio, proximis in glâdulis ex-  
citeur. Vbi uero abscessus in rotum fuerit absolutus,  
magna parte decrefcit, punctus obueniunt pruriginosi,  
& leuiter stupidi, tumor in mucronem magis fastigiatur  
tactu lenis, cedens q̄; superficies in uertice auellitur. Dis-  
co autem hæc de his qui foras rumpuntur. Si igitur uel  
medicamentis, uel sua sponte rupti fuerint, emmoto me-  
dicamine, curationem tentabis, parte iam pure uacuata:  
sin aliter accidat, aperire ipsum in eum modū oportet,  
quem in chirurgica explicabimus.

DE GANGRÆNA, ET SPHA  
celo. Cap. XIX.

**C**um inflammatio, neque discutitur, neq̄ in pus  
mutatur, sæpe in gangrænam, & siderationem,  
quæ Græcis dicitur sphacelos, incidit, de q̄bus  
iam sermonem instituiimus. Gangrænas enim appellant,  
cum membrum aliquod ob inflammationis, qua cons-  
sistatur, magnitudinem emoritur: neq̄ iam confirma-  
tas sic dicunt, sed quæ etiamnum sunt. Eius mali uis est,  
ut nisi celerrime succurras, facile affecta pars, quatenus  
uicina comprehendit, mortis habitum repræsentet, &  
hominem iugulet. Vbi uero membra sic uitiata in totū  
sensu fuerint destituta, affectum non amplius gangræna,  
sed iam siderationem nuncupant. Quin et ossibus hoc  
mali accidit, cum caro ipsis circumdata, praua scatens sa-  
nie, ipsa hac imbuerit, ac putredine consumpserit. Cum  
itaque membrum ex toto, uita, sensu, motu q̄; priuatum  
est, confestim præcidi oportet quam proxime sanè par-  
ti. Gangrænam uero curamus, sanguine ex parte uitiata  
affatim emisso, uel enim uena incisa sanguis corruptus,  
cum uena amplior in ipso membro appareat, detrahen-  
dus, uel cute totius corporis diuisa, multis altis q̄; plagis  
ubi uero sanguinem emanare permiserimus, medica-  
mentum aliquod putridis consecratum induci debet,  
quale est, farina erui, aut lolii, aut lomentum ex melle  
acetoso. Quod si ualentius imponere cogites, salem



adlicito, aut pastillum Andronis, aut eius generis aliquē  
 Faciunt ad gangrænas, & uetustæ nuces: cortex autem  
 ipsas expurgat: item liquor tithymalli tempestiue & me  
 diocriter adhibitus. Opitulatur ipsis & lupinorum ama  
 5 rorum decocti ius inspersum. Nonnulli uero ubi putri  
 dam partem præciderint, quo securius mali radicem: es  
 uellant, candens ferramentum adigunt. in quibus sale  
 cum porro utendum est. Ut autem crustæ citius decio  
 10 dant, cataplasma deinde accommodatur ex pane, uel  
 hordeacea farina uel triticea ex hydrelæo incocta. Item  
 cephalicum aridum ex melle, tetrapharmacum, & Ma  
 cedonicum ut appellant, utiliter imponitur. Iam panis  
 cum apio tritus, aut ocymo, sic iris, uel panax, uel aristo  
 15 lochia, uel acorum cum melle, uel thus crustas probe  
 separat. Idem præstat Macherionis medicamentum, &  
 istus linamento illita ex melle. In teneris autem corpori  
 bus abunde est etiam erui farina ex melle.

EX ORIBASII COMMENTA  
 riis ad gangrænas.

20 Ferruginis rasæ, rubricæ, alaminis scissilis, singulorū par  
 modus, aqua detritus gangrænis illinitur, scalpello uno  
 dieq; exasperatis. Item lolii farina cum radícula & sale,  
 nonnunquam etiam aceto. uua passâ acinis uacuata, cū  
 25 cortice ex sale & oxymelite. Ad hæc nucum iuglandiū  
 medulla, myrti folia uino incocta, tritaque ex melle, radi  
 cula cum aceto, crustas etiam ad ossa usque rumpit.

DE HERPETE. Cap. XX.

30 CVM bilis flaua nullo infecta humore excreta in  
 particulam quâpiam decumbit, malum herpes  
 nuncupatur. Si quidem substantia crassior sit, acris  
 orq; totam cutem ad usque carnem subiectam exulce  
 rat, uocaturq; herpes exedens. Si uero tenuior & minus  
 35 milio similes excitat, ob quam similitudinem, herpes  
 miliaris dicitur. At Oribasio authore, pituita cum flaua  
 bile mista, miliarem herpetem creat. Corpore igniur

PAULI ÆGINETÆ

toto medicamine quod ducendæ bili est, euacuato, so-  
 eo affecto refrigerantia siccantia q̄; inducuntur, princi-  
 pio capreoli uilis, rubi & plantaginis applicantur. post  
 ista uero lenicula his miscetur interim, & mel & po-  
 lenta. Item cataplasma siue semperuiuo, quod ad infir-  
 mationes ex confluxu inscriptum est. Verum exulces-  
 rata pastillis inunguntur passo, aut uino tenui & austero  
 non ueteri, aut posca diluta subactis, inducitur & glau-  
 cium, eique consimilia ex aqua. nihil autem remittente  
 morbo, aceto dilutum admouetur, succo autem plan-  
 taginis, aut solani, aut uino soluta medicamina magnifice  
 auxiliant: aut lini semē torridū oleo uinoq̄; incoctū, in q̄;  
 leuorē redactū imponitur: aut terra cimolia, solani suba-  
 cta succo pungitur: & argēti spumæ uncia, illi, porri suc-  
 ci septem cyathi, betæ succi tantundem, leuigata illinun-  
 tur: at inueteratis iam huiusmodi ulceribus, Musæ pastil-  
 lus & Andronius efficax est. ALIUD Ad herpetem  
 pustulosum. Recrementum plumbi ex uino austero le-  
 uigatum illinitur, superiniiciuntur betæ folia uino inco-  
 cta, uel ceræ triens, myrtei uncia sedecim, stercoreis plu-  
 bi triens, uino diluta illinuntur: at ubi id quod serpsit re-  
 pressum fuerit, cerato ex recremento utitor, aut lente co-  
 cta cum melle partem repleto. Ad herpetem uero qui  
 sub cute affigit, retinimentum plumbi, rutę leuigatæ suc-  
 co excipitur, aut ceratum myrteum in uicem rutæ. 25  
 ALIUD. Lanæ ueteris illotæ circa tedam combustæ  
 drachmæ duodecim & semissis, ceræ drachmæ uigin-  
 tiquinque, recrementi plumbi drachma, seui caprilli cu-  
 rati lotiq̄; ex aqua drachmæ uiginti quinque myrtei un-  
 ciæ quinque. A L I U D ad herpetas acute des-  
 pascens, corii mali Punici dulcis drachmæ sex, ar-  
 genti spumæ tantundem, lanæ illotæ tedæ combustæ  
 adhaerentis drachmæ tres, ceræ drachmæ duodecim,  
 cerussæ drachmæ octo, thuris, aluminis scissi, singulo-  
 rum drachma, uino aut myrteo excipiuntur. 35





PAULI AEGINETAE

posita medicamenta inducuntur, fietq; ceratum, cera tra-  
 cta rosacei quadruplo admixto ex oleo immaturo sine  
 sale confecto: his in pila emollitis, aqua frigida super  
 funditur, quantum potest recipi. Si uero aceti tenuis &  
 pellucidi momentum temperes, prestantius medicame-  
 tum habiturus es. Item polenta cum herba quadam fri-  
 gidiore ex iis quas enumerauimus affatim membrum  
 refrigerant. Idem efficiunt palmulae pingues cum horu  
 aliquo mixtae. Ad haec pars etiam delinetur cerusa, uel  
 terra cimolia, aut figulari eam solano, aut argenti spuma  
 cum rosaceo, aut chalcitide cum oleo passoq; aut ceru-  
 sa cum aceto & lycio, item acacia cum aceto. Cum ser-  
 uor remittit utendum simplicibus quidem, sulfure uiuo  
 & menta cum oxyrhodino, aut ruta cum absinthio, ace-  
 to & oleo, aut argenti spuma cum porri & betae succo.  
 compositis autem priuatim in capite hoc pastillo. Argē-  
 ti spuma, cerusa, croco, sulfure ignem non experto, o-  
 pioque cum passo. Communiter autem omnibus, mis-  
 tio sinopico, chalcitide, misy tosto, æruginē, atramento  
 futorio, alumine scisili pari pondere ex aceto utitor. 20  
**A L I V D.** Sulfuris uiui, cerusae, opii, acaciae paribus  
 singulorum portionibus, ex aceto. Cataplasma ad sacru  
 ignem, herpetas, abscessus, parotidas & ambusta. Al-  
 thaeae nouellae foliorum tenerorum pondo: cocta in hy-  
 dreæo perbelle teruntur, adiectoq; rosacei triente, argē-  
 ti spumae, cerusae singulorum uncis duabus & semisse,  
 iterum leuigatur cum succo coriani, aut semperuiui, aut  
 solani: deinde micis panis adiunctis ut emplastri forma  
 induat, illinitur. Hoc autem emplastro utitor quod reci-  
 pit reclini pondo, myrtei pondo, unguenti quincuncē,  
 argēti spumae trientē, æruginis rase sextantē. Ærugo &  
 argenti spuma aceto leuigantur. Ceratum ad erysipela-  
 ta & ambusta. Cere tractae pondo triens, rosacei pondo  
 quadrans, oua sex, perdicii herbae pondo triens. Vbi ue-  
 ro inflammatio membri conqueuerit, aut uetustatem 35  
 expertiatur, cataplasma illi, priusquam liueat, ex cruda



polenta est imponendum. Q uòd si liuor iam occupauit cute scarificatu incisa, cataplasma induci locusq; perfundi plurimum ex aqua calida dulci debet, sed & marina & muria interim conducet, quinetiam ipsi cataplasmati talis aqua, uel acetum, uel acetosa muria miscetur. Deinde commemoratis medicamentis compositis cura adhibita uti licet. Nam si inflammatio remaneat, aut in pus, aut in putredinem conueritur.

DE PHYMATE, BVBONE & phygetlo. Cap. XXII.

**A** Vthore Galeno, bubo, phyma, & phygetlon, glandularum affectus sunt; bubo quidem inflammatio, phyma autem glandulæ inflammatio ad suppurationem spectans. Aliorum uero quorundam sententia communiter omnes, qui à natura abhorrent, ceu timidi abscessus, quancunque corporis partem obfideant, phymata appellantur. Siquidem Hippocrates in hunc modum scribit: Quibus phymata urinarum meatum exercent, hi abscessu in uomicam erumpente liberantur. At bubones qui prolapsu, aut aliis ulceribus, aut doloribus contrahuntur, periculo uacant: febribus autē superuenientes, qui plurima parte ex pestilentiali lue solent incidere, deterrimi sunt, siue femora, siue alas, aut ceruicem inuaserint. Verum priores initio, quemadmodum in inflammatio quælibet, auxilijs repelluntur, quæ refrigerant, astringuntq;, uel spongijs ex posca impositis uel lanis oleo crudo uinoq; imbutis, uel rosaceo, uel melino, uel lentiscino, uel myrteo, deinde iis quæ digerunt utendum. At si corpus uniuersum succis æquabiliter redundet, prius ipsum uacuari conuenit, ubi iam inanitum est, ulceris in quo id prouenerit, cura haberi debet, sicuti in capite de ulceribus explicabitur. Glandula si inflammatione tentetur, lanis oleo quodam laxante, irigujs, recte lentur totumq; ipsis membrum inuolutur. Cum tumor ad suppurationem spectauerit, non prompte diuidere, sed medicamentis quæ cerati specie

PAVLI AEGINETÆ

referunt, digerere nitentur, cuiusmodi potissimum est  
 ex apyrano confectum. Item quod ab herbis dicitur  
 botanicon, si per hæc non discutitur rumpere adgrede  
 mur, aliorum abcessuum modo, similiterq; illis mede  
 ri. In iis autem qui ob febres aut omnino humorum  
 abundantiam procreantur, cauere debent repellentia, ne  
 materies penitus detrusa cursum repetat, sed ab iis quæ  
 digerunt, statim curationem incipere consilium est. Si  
 autem nihil prohibet, nempe aut ætas uult uirtus, san  
 guis prius è cubito dimittetur, deinde loco fomenta in  
 ducentur ex decocto chamæmeli aut anethi, aut eius  
 generis alicuius. Reliqua medicamentorum sylua, ma  
 xime ex iis quæ tertio uolumine ad parotidas dicta  
 sunt, transferenda est. Item ex illis quæ nuper contra in  
 flammationes prodidimus, quemadmodum etiam phy  
 gethli curatio, tum hinc tum ex remediis erysipelati ac  
 commodatis petetur. Aster atticus herba quam & bub  
 onion, quasi dicas inguinariam, ea ipsa de causa uo  
 cant, non solum illius sed etiam alligatus, bubonibus  
 auxiliari creditur. Phymata autem priuatim discutit a  
 dianthum, si ilinatur, atriplex, parietaria althææ radix ui  
 no incocta, ammoniacum cum melle mollium in du  
 ctumque, ulcus cum resina ceratoque. Rumpit autem  
 abcessum propolis, lupini amari ex aceto illi, cucumis  
 syluestris radix terebinthina excepta capparidis radix si  
 militer, nitrum cum fermento aut fici.

DE FVRVNCVLO, QVI

dothien appellatur. Cap. XXIII.

**F**urunculus tumor est abcessum præ se ferens,  
 qui ex crassis humoribus in carnosissimis plerunque  
 partibus concipitur, mitis quidem, cum in sola cu  
 te coit: peruicax autem, malignusque, ubi subteraco  
 tis radicibus in superficiem erumpit. Dissipat au  
 tem furunculum ac concoquit, triticum commansum  
 & impositum: mastiche ægyptia, uuæ passæ quibus  
 acini sunt exempti cum sale tritæ, ac il litæ, hunc discitiu



aut rumpunt, uel siccae fici hydromelite in coctæ impo-  
 nuntur, uel resina fici mista inducitur, uel ipsa ficus  
 cum fuerint, pingues dissectæ, uel fermentum cum  
 nitro, uel lini semen cum melle, uel alterci folia, tri-  
 5 ta cum butyro. Composita uero hæc proficiunt, quod  
 ex fermento quod polline farinaceo constat, & quod  
 priuatim à furunculo Græce dicitur dothienicon, fo-  
 10 menta autem adhibentur ex spongijis mollibus con-  
 nue calenti aquæ intinctis, deinde sic medicamenta  
 iniiciuntur.

## DE TERE BINTHO.

Cap. XXIII.

**O**Ribafius terebinthum sane phymatis speciem  
 esse asserit, super quam pustula nigra emine-  
 15 at: hac rupta id quod subiacet desquamato si-  
 mile apparet, ubi scalpello diuiseris, pus deprehendi-  
 tur. Dioscorides autem Alexandreus literis man-  
 dauit terebinthos cutis esse excrescentias, rotundas,  
 nigrouirides, terebinthi fructum referentes, atque has  
 20 alijs phymarum tumoribus similiter curari censet: auxi-  
 lia ex supra comprehensis huc transferenda.

## DE CARBUNCULO.

Cap. XXV.

**C**Vm sanguis in atram bilem conuersus inferues-  
 25 scensque aliqua se parte receperit, carbunculus  
 fieri solet, quod uitium plerunque à pustula  
 ambustis consimili, interim uero & sine hac incipit.  
 Cæterum inter initia, quibus hoc malum instat, parti-  
 culam omnino scabunt, unde pustula, nunc una oritur:  
 30 qua rupta, ulcus cum crusta gignitur: nunc plures erum-  
 punt, nulli seminis modo exiles: quibus perruptis simi-  
 liter crustaceum ulcus prouenit, quale ferramenta  
 candentia excitant, modo crusta ipsa cinereum co-  
 35 lore, modo nigrum præferente, sic ut inferiori  
 carni continua adhærescat, & quodam modo affixa  
 sit cum erosione. Reliqua autem caro circumposita,

PAVLI ÆGINETÆ

in feruidam peruenit inflammationem, quã Græci phlogosim appellant, & colore nigrescit, splendetq; bituminis & picis modo, talis autem est bilis exacte atra. Verũ carbunculi, qui in carne radices egerint, confestim circũ scribuntur: qui membranas, nervosq; occupant, diutius remanent, luemq; subiectis corporibus impartiunt, ut etiam inflammationes quæ erysipelatis naturam, respiciant, in ipsis excitentur, plerisque itidem in suppuratione conuerũ sunt, multas febres accedunt. Iam uero carbunculi ex causis populatim grassantibus excitantur. Cura tio ipsorum, nisi admodum fuerint exigui à uacuatione sanguinis è uena ad animæ defectionem usque dimissi, tentanda est: mox scarificatus recte accommodatur piagis ob succi crassitiem altioribus: particule laboranti inducuntur, quæ modice reprimunt dissipantq;, tale est cataplasma, tum quod ex plantagine conficitur, tum quod ex discocta lente constat, scilicet, mixta panis furu nacei mica, Esto autem panis, nec omnino à furfure purus, nec nimium eius habens, super ipsum uero ulcus ualens aliquod medicamentum imponitur, cuiusmodi est Andronis, Passionis, & Polyide, diluicq; id uino alioquo dulci, ad sordium spissitudinem debebit. Item masaloticum aridum, uel & ipsum similiter dilutum. Item radix dracunculi, uel aristolochiæ, uel liquor sulphur, uel cirenaici, singula ex aceto probe delinentur. At quæ erysipelutis naturam referunt, supra comprehensis ad id uitii remediis perungentur. Quæ uero partes consortii lege afflicti putantur, succidis lanis ex œnelgo madefaciendæ sunt. Vbi iam ardor acquieuerit, carbunculis iniiciuntur cerata cephalica, animenæ, emmota, generosissimum est quod herbis, tum illud quod nitro constat, item arida ulceribus depascentibus dicata, per se, & cũ rosaceo. Cum autem durities remanet, utemur melino Serapionis, operam adhibentes, ut quàm celerrime carbunculi in uomitam erumpant. Quod quidem fiet, si die bis, noctu semel, tum cataplasmata, tum medicamenta mutes.



mutes. At quo radicitus carbunculos diuellas, dirimasq;  
 ab adiacetium commercio, malum Punicum, acidum,  
 minutatim concisum in aceto coques: ubi intabuerit, in  
 leuiorem deteres. linteoq; illitum induces: cum siccescit,  
 aceto humectabis. Item nucis auellanae ueteris, uel etiã  
 non ueteris medulla carbunculos maturat rumpit. Hoc  
 præstant & cupressi folia, tum germina, nouelli & mol  
 les galbuli cum polenta, uua acinis uacua, ficus siccae uis  
 no incoctæ, papaueris ceratidis flores, liquor silphii, cū  
 ruta & mellis momento, pix liquida cum uuis pasfis, &  
 10 fuis adipe.

## AD CARBUNCULOS VE

hementer efficac.

Argenti spumæ libra, olei ueteris libra & semisis, auris  
 15 pigmenti uncia. Oleo cum argenti spuma dum manus  
 non inquinat incocto, sublatoq; ab igne, auripigmentū  
 adicitur, rursusq; medicamentū coquitur donec nigre  
 scat, tritis in pila utitor per linamenta filiatim carpta.

## AD GANGRENAS, VLCEŒA

20 uetera, chironia strumas, podagram: pri  
 uatim uero ad carbunculos, ac eos  
 qui palpebras infestant.

Opii, acaciæ, mlyos tosti, squamæ æris, singulorum\*  
 25 drachma, atramenti sutorii drachma, alterci feminis  
 drachma, tritis ex aqua utitur, probe facit & tes  
 trapharmacum quod quintam thuris partem con  
 tineat. Aduersus naturalium carbunculos, chalcitidis  
 atramenti sutorii, singulorum drachmis octo, aphro  
 30 nitri drachmis duabus. ex aqua tritis utitor. Valet  
 sterces quoque ouillum, torridum cum melle. In  
 Alexandria Serapiade quod orchis & triorchis dicitur  
 uiridi, cum micis panis, cataplasmatibus modo utuntur ad  
 carbunculos, omnia q; crustosa. Vbi crusta exciderit, cō  
 munis ulceris modo curabis.

\*Aldus  
 habet dra  
 chmas  
 duas.

## DE CANCRO. Cap. XXVI.

PAV. ÆGIN,

Z

**C**ancer in qualibet corporis parte oriri consuevit, siquidem in oculis, & uulua, quemadmodum in ipsorum capitibus expositum est, aliisq; pluribus particulis, sed præcipue in foeminarum mammis accidit, quoniam natura fungosæ & inanes, crassissimam atræ bilis, unde hoc uitium contrahitur, materiam possunt excipere. ex eo enim humore cum reserbuuit, prima uitium hoc rudimenta accipit. atque si acrior illa fuerit, cum exulceratione. Quapropter colore magis quàm inflammationes nigricant, sed ita ut tantam caliditatem non experiantur. Venæ autem quæ circa sunt intumescunt, intendunturq; cancri animantis per dum modo, unde & appellationem hanc uitium est sortitum. Nonnulli uero inde sic nuncuparunt, quod difficillime ab his partibus quas obsederit, euellatur, quemadmodum cancer aquaticus animans. Hoc malum plarè propter succi crassitiam nõ conualescit, utpote quod nec repelli, nec discuti queat, nec totius corporis purgatione cedat, tamq; maleficum, ut mitiora negligens remedia, uehementioribus irritetur excandescatq;. Prima sane cancri rudimenta prohibere, ne aualescant, licet, si melancholicus humor prius uacuetur, quàm in affecta particula radices subter egerit, impactusq; sit. uacuationo quidem primum tentanda est, sanguinis dimissione, mox purgatione, per inuita quidè ex simplicioribus petita, quale est epithymon\* quatuor uncis & S. in sero lactis, aut mulsæ exhibitum. Deinde ex hiera, quæ nigrum ueratrum recipit. Loco autem dolenti inductum subleuens remediũ, sine dolore facit exulceratis: solani succus linteo molli duplici eum tincto imponitur. Extrinsicus lana molliuscula & ipsa succo imbuta circumdatur, cura adhibita, ne hæc siccescant succo, continentius suffuso. Iam uti diutius poteris in cancribus exulceratis medicamento quod pompholyge constat. Nec inepta sunt, quæ tertio uolumine de uulua cancribus prodidimus.

\*Forte  
 drachmis  
 quatuor.



LIBER QVARTVS. 178  
AD CARCINODE, MALIGNA

que ulcera, tum ad sedis eminentiam, natura  
lium q; uel testiculorum, uel mam  
maru inflammationes.

- 5 In plumbea pila cochleario plumbeo lemniam spha  
gidem ex posca, & mulla, uel lacte conterito, ut nigres  
cat: uel rosaceo, uel immaturo oleo, succove semperui  
ui, uel cotyledonis, uel lactuca, uel psillii, uel acoris tri  
tam similiter inungito. Crebrior uictus aegro dabitur, pti  
30 sanæ cremor, lactis q; serum, ex oleribus malua, atriplex,  
bletum, cucurbita, piscium saxatiles, omnis generis aues  
præterquam palustres.

ARCHIGENIS AD CAR  
cinode, & cacæthe ulcera.

- 35 Cancrorum fluuiatiliu crematorum, & cadmiæ par  
modus in pollinem coactus inspergitur, aut cancrorum  
cinis unâ cum cerato inducitur, item erysini semen de  
tritum cum melle accommodatur.

DE MOLLI ET LAXO TV

- 30 more, qui œdema Græcis dicitur.  
Cap. XXVII.

- C**VM de tumoribus qui succis calidioribus con  
trahuntur, disputatum sit, iteru de contrariis age  
mus, ab eo quod Græcis œdema dicitur, exor  
25 si. Quemadmodum enim ex billosa fluxione, erysipe  
las, ita ex pituita, œdema latus quidam atque indolens  
tumor excitatur. Equidem scimus aliter quoque œde  
mata prouenire, nempe in pedibus, in subter cutem a  
quæ affectibus, habitu corporis cõtabescente, q phthoe  
30 Græce dicitur, & malo, qui cachexia. Atque in ill s qui  
dem tumor hic \* affectus qui hominem premit acci  
dens est, nullam seorsum, curationem propriam postu  
lans. Satis enim est, si quidem curatione egebit ipsa tum  
crura perfricare oleo cum sale, aut etiam oxyrhodis  
35 no sal habente. At si ex pituitoso humore in particu  
lam influente œdema constitit, abunde quandoque conuenit.

\*Metho  
dus Gale  
ni pro  
πρῶτος ἔστ  
πρῶτος  
sed uetus  
translatio  
cū Paulo  
conuenit.

est spongia posca imbuta, cum ligamento leuiter strin-  
 gente imposita, quæ ab inferiori parte incipiens, supra  
 finiat. Esto autem spongia, modo cōductura sit, recens,  
 si hulus copia non est, eam, cuius erit, detergebis, expur-  
 gabisq; nitro, magisq; aphronitro, & cinere lixiuo qui  
 distillauerit. Quod si per hæc tumor nō subsideat, pau-  
 lulum aluminis iniicies. Inouamq; spongiam admo-  
 ues, si noua non datur. Commodum est mollissimum  
 ellychnion, posca madens impositum: bonū est, & glau-  
 cium. Quod si in uetustate œdema inciderit, parti oleo  
 prius inunctæ spongia ex lixiuo imponitur, eiusq; uio-  
 lentiore arctatione curatur. discit autem, ac comprimit  
 tumores laxos cedentesq; quælibet terra illita, magisq;  
 Aegyptia, tum isatis satua.

## DE INFLATIONE. Cap. XXVIII.

Inflatio ex flatuoso spiritu nunc sub cute, nunc sub  
 membranis, quæ ossibus circūdantur, & musculis,

\*aut uiscus aliquod includunt, collecto, enascitur.

\* Non est  
 apud Pau-  
 lū, sed ex  
 Galeno  
 adiectum  
 † Galenus

Porro is colligitur. Non paucus † aliquando in uentre  
 & intestinis, itemq; in medio horum spatio & membra-

næ, quæ peritonæos dicitur, ut in aquæ subter cutem ge-  
 nere, cui nomen est tympanias. Differt quoq; hæc œde-

mate, quod pressa digitis non retinet uestigium, & soni-  
 tum tympani modo edat. Membrorum autem dēstas,

tum spiritus simul crassities efficit, ut idem spiritus non  
 dissipetur. Vnde curandi ratio huc dirigenda est, ut mē-

bra rarefacies, crassitoremq; spiritū extenues, quod me-  
 dicamenta tenuissima & potestate calida præstant: atq;

in uentre quidem & uisceribus oleum tenuius quod ru-  
 tam habet incoctam, aut aliquod ex calidis seminibus,

\* Additur  
 a Galeno

qualia sunt: cumini, apii, & \* petroselini. Interim uero &  
 cucurbita iustæ magnitudinis citra cutis incisionem um-

bilico bis terve dēfixa, inflationem discussit. Muscu-  
 lis autem ex contusione, quemadmodum appulsu in-

flatis particulas calidis nimium, & acribus excandescen-  
 re contingit. Quare per initia medicamenta quæ mas-



gis leniant adhibenda. Vbi facta est inclinatio, ea quæ  
digerunt. Utendum igitur decocto illorum, cum olei  
momento, quod lanis succidis calentibus excipiat,  
uel etiam ceratum ex œsypo admiscetur, cura adhibita  
5 ut caliditas permaneat, frigus enim non conducit. Vbi  
iam æger lenitus sopitusq; est, acetum admiscetur & ni  
trum, aut aphronitrum, deinde & cinis lixiuæ qui distil  
lauerit. Postremo emplastris utendum quæ discutiendi  
uim habent, quo inflatio subsidat, quale est quod sequi  
10 tur, sordes gymnasiolorum subferuefactæ percolantur pri  
mum, ut puræ euadant, & rursus lebeti iniiciuntur, tri  
taq; calx Irestincta I farinæ modo etiam inspergitur,  
dum luti fiat spissitudo, ac in usum conditor. Hoc est  
15 fitum. I Galenus  
uiuæ.

DE LUXATIS ET CONTU  
fis. Cap. XXIX.

20 **A**Rticulis luxatis contusisq; faciunt lanæ succi  
dæ, aut spongia oxelæo imbuta impositaq; itē  
bulbi elixi, uiticisq; tenera folia cum melle, sal  
nitrum tostum, leuigata cum cerato inducuntur. Iam su  
perfusio aquæ dulcis, aut marinæ calentis utiliter adhi  
betur. Vbi uero inflammatio, & dolores conquierint,  
eluxatæ partes etiam recte perfriantur.

25 **DE CARNE CONTVSA, ET**  
sanguinis subtercutem coitu, quod Græce  
ecchymoma dicitur. Cap. XXX.

30 **C**Arne à graui quodam corpore, quod extrinse  
cus superinciderit contusa, uenisq; exiguis indio  
dem diuortium expertis, sanguis profunditur,  
ut solet cum tunica uenarum rarefacta transcolat, quæ  
diapedesis Græce dicitur, unde id quod ecchymoma  
uocatur, sub cute collectum nascitur, cute inquam, in  
tegra, tanquam tumor tactu mollis & cedens comi  
35 tatur liuidus, & magna ex parte indolens, eo igitur anis  
mum tendimus ut sanguinē qui continetur dissipemus,

PAULI ÆGINETÆ

Idq; confestim priusquam nigruerit. Per initia sane non  
 nihil ex astringentibus, iis quæ digerunt, admiscere oportet,  
 eo quod tunicæ uenularum contusæ densationem requirant:  
 inde etiam solis digerentibus utemur, ac scarificatis in  
 initio ecchymomatis, ita subsequenter curatio nem accommo  
 dabimus. Ad inueterata autem ecchymomata, radica illitu prodest.  
 Quippe discutit ea ubi erodere inceperit, aut radica succus, cum micis panis  
 inductus. Cæterum ecchymomatis species sunt, sugillata, &  
 liuores ex ictu, hyposphagmata dicuntur, item sanguinis  
 Inter ungues concursus ex percussu proueniens, de quibus  
 priuatim tertio uolumine dictum est. Verum de unguum  
 uitis, in parte chirurgica disseremus.

DE RVTIS ET CONVVLIS.  
 Cap. XXXI.

**R**uptio cum ecchymomate prorsus accidit: curatur  
 autem medicamentis mediocriter calefacientibus, quale est ex  
 nigris populis acopon, aliaq; huic cõsimilia. At altioribus  
 rupturis magis acria, incidentia ac dissipantia recte  
 accommodantur. Talibus sane & cucurbitulæ usus proficit.  
 Ergo si euocatum celeriter per halitum ecchymoma totum  
 est, facile dehiscens ipsa caro coalescet. Sin longiore  
 spatio fordes copiosa succreuerit, ruptum deinceps  
 core non potest, sed tantum prope ipsius labra admouetur.  
 quo fit ut leui momento ea facile separentur, & medius  
 inter ipsa locus superuacuo humore repleatur, nisi  
 aliud, quàm assidue nouum quodammodo ecchymoma  
 creetur, primo persimile, nisi quod extenuat magis  
 sane nunc constat, cum per initia è sanguine ecchymoma  
 esset, ideoq; facilius nunc quàm prius, digeritur.  
 Conuulsam autem fibris quibusdam lacescitis distractisq;  
 leniri tantum desiderat, quoad dolor sopiatur, quippe  
 conglutinari nequeunt. Itaque aristolochia rotunda  
 ruptis conuulsisq; si quid aliud, idonea est: simi-



lter centaurei maioris radix eiusq; succus, rheum, costus, bdellium cum oxymelite potum.

## DE SCIRRIS. Cap. XXXII.

- E**xactus quidem scirrus, tumor est præter naturã, sensus expers & durus: non exactus autem uix sensilis est, ac qui sensu uacat sanari non potest: qui ægre sentitur, uix sanescit, si quidem humor unde huiusmodi uitium contrahitur glutinosus crassusq; est, qui particulis induratis impactus solui contumaciter res pugnat. Est cum statim ab initio prima rudimenta concipit augeturq;: plerunq; uero à medicis qui erysipes lata & inflammationes uehementer refrigerauerint astrinxerintq;: originem sortitur. Quòd si quis ea quæ ualenter trahunt digeruntq;: medicamenta, partibus scirro obductis admoueat, huic paucis primis diebus, manifesto scirrus decreuisse uidebitur. cæterum quod de affectu restat, id reddit insanabile, siquidem toto quod in eo subtilissimum erat dissipato, quod reliquum est deficit, seu lapidosa concretio relinquatur. Quæ uaproppter nullum uehementer excalfaciens siccansq;: medicamentum est idoneum, sed ea tantum, quæ præter quod molliant, digerere etiam commode possunt. Hulus autem generis sunt medullæ omnes, magisq;: ceruina & uitulina. Ex adipibus commendatur, leonina, pardalis, ursina, deinde taurina. Inter aues anserina & galinacea & phasianica, sicciorq;: caprilla & hircina. Ad hæc ammoniacum suffimen, bdellium maxime scythicum, styrax qui humentior est & pinguis, ac Aegyptiaca mastiche. In aliis sane particulis scirrum expertis his seorsum utendum est, tum iis quæ inde componuntur, uerum in tendonibus & ligamentis in hunc modum, lapis igni candens, aceto acerrimo extinguitur, & si quidem haberi potest, pyrites: sin eius copia non est, molaris, in quo pars affecta commoueri debet, ut uaporem ascendentem recipiat, atque inde rursus medicamen quod emolliat imponi.

tur, oleo tamen tenui non aqua quotidie ab initio, per totum morbi curriculum pars affecta perfunditur. Interim oleo althææ radix ac syluestris cucumeris incoquitur. A balneo autem in totum ægri abstinebunt, uel certe copioso, sed posteaquam scirrus emollitus fuerit, ammoniacum pinguisimum aceto quam acerrimo liquidum particula sat multis diebus intingitur. Deinde rursus emollienti medicamine utendum, quod receperit galbanum, & opopanacem, eaq; pinguisima, eiusmodi uero sunt potissimum, ex petasone confectum, & quod ad Amythaonem refertur, & strumis dicata medicamenta.

## DE STRUMIS. Cap. XXXIII.

**S**trumæ glandulæ sunt induratae, quæ in ceruice, alis & inguinibus maxime nascuntur. Curatio earum cum illa quam in scirris tradidimus communis est. Priuatim uero lupinorum amarorum farina ex oxymelire cocta illinitur, ea quoq; phymatis proficit: uel bouillum stercus aceto incoctum delinito, id est tumores scirrosos omnes dissipat, probe autem discutit strumas calx, mel le, uel gymnasionum sordibus excepta, uel oleo, uel adipe suillo: aut calcis nitrige par modus, cardamomi & fœnugræci quadruplus cum melle, malagmatis modo impositus duritias digerit, in pus conuersas rupit. Liacea farina cum simo colubæ & semine lini uino incocta, grossi syluestres, aut satui, aut cardamum album detritum cum pice liquida malagmatis forma applicatur, aut cucumeris syluestris radice sicca, lauri foliorum siccorum concrematorum cinis cum terebinthina inducitur, aut pediculariæ, & nitrige æquale pondus, erucæ duplum cum resina iniicitur, aut stercus caprillum bouillum uel aceto incoctum, aut erui farina in urina pueri impuberis macerata excepta, pice, cera, & oleo liquefactis, aut anguem mortuum in ollam coniecto, gypsoq; oblitam in fornacem mittito, concretum cinerem æquali fœnugræci pondere misceto,



melle excepto utitor, item quod aspidibus constat me-  
dicamentum, mirifica uirtutis est, tum quod ex struthio  
dicuntur, tum quod cucumere syluestri, tum quod ce-  
drio liquore conficitur: strumas ad suppurationem perducit  
5 aut diffundit hoc, myrrhæ drachmæ decem, ammoniacæ  
drachmæ octo, galbani drachmæ quatuor, propolis drach-  
mæ octo, in pila contunduntur. Ad strumas mammarum dur-  
ritiasque proficit subscriptum medicamentum, uisci es-  
30 laborati, resinæ siccæ, ceræ, singulorum pondus, galbani  
quadrans.

## AD STRUMAS EXVLCE

ratas, & sine ulcere.

15 Ceræ, resinæ pityinæ, adipis suilli insulsi, marrubii, ærugi-  
nis rasæ, singulorum selibra.

## MEDICAMENTVM AD

strumas, quod dicitur cheradicum.

20 Olei ueteri, pondus dua, ceræ pondus, colophoniz triēs  
nitri tantundem, allia duodecim membranis detractis in  
oleo per triduum macerantur, deinde cocta cum inta-  
buertur, proiciuntur, eliquatis oleo postquam ab igne  
amoueris, nitrum tenuissimum inspergitur: rumpit etia  
abscessus. ALIUD. Cineris è sicu unciæ duæ, alumini-  
25 nis scissi unciæ, aphronitri tantundem, picis liquidæ un-  
ciæ septem.

## EXEDENS CHERADICVM.

30 Aluminis scissilis, sandarachæ, singulorum drachmæ  
quatuor (quamæ æris drachma, auripigmenti tantundē  
arido strumas conspergito, at si cancri naturam induer-  
int, rosaceo maceratis bis die utitor.

## DE STEATOMATE, ATHEO

romate, & meliceride,

Cap. XXXIIII.

35 CVM hæc quoque inter abscessus, quemadmo-  
dum in illis dicebamus, habeantur, singula pro-  
pria appellationem à similitudine rerum quæ

\* Exem-  
plar Aldi  
nū habet  
duas.

PAULI ÆGINETÆ

in tumoribus continentur, fortita sunt. Alii siquidem ip-  
 forum ueluti pingue quidam seu adeps subest, alii mel-  
 li simile quippiam, alii quasi tenuis pulticula. Consilium  
 igitur curationis est commune, ut quod tunica illa con-  
 tineat, discutatur, aut medicamentis totum exedatur, aut  
 sectione auferatur. Quidam enim ex iis tumoribus, tri-  
 plici hac ratione curantur. ii nimirum qui liquidio-  
 rem humorem continent, qualis est meliceris: aliqui duplici  
 tantum ut atheroma, quod & sectione auferitur, & medi-  
 camentis exeditur, steatoma uero nec discuti, nec exedi  
 potest, sed manu duntaxat curatur. Quomodo autem  
 unum quodque horum agnoscas, in parte chirurgica  
 docebere. At medicaminum, que dissipandi uim ha-  
 bent, materiam ubi actum est de strumis, reperies. Pripa-  
 tum uero meliceridas hoc dissipat, uix passæ acinis ex  
 emptis ¶ uiginti, squamæ drachmæ \* quatuor, parte fo-  
 mentis prius nutrita imponitur. ALIUD. Ladani, bdel-  
 lii, galbani, ammoniaci, thymiamatis, propolis, terebin-  
 thinæ, singulorum æqualis portio in pila contunditur.  
 At Archigenes contra meliceridas commendat aphro-  
 nitrum & ueratri partem duplam, cum cerato duriore  
 impostam, exedentibus autem, cute tuberculis circum-  
 data, uti non licet. Hac igitur prius meliceridas athero-  
 mata, uel etiam strumas medicamentis adurentibus de-  
 gere oportet, simplicitus illorum est, quod recipit calcē  
 uiuam, saponem & cinerem lixiuæ stillatitium. Varium  
 autem magis, quodq; reconditum seruari potest, capit  
 calcis uiuæ denarios quatuor, fœcule uini combustæ, ni-  
 tri liquidi tostii, singulorum denarios duos, minii dena-  
 rium, cinere lixiui stillatitio teruntur: ubi mellis liquidio-  
 ris crassitudo facta est, ter feruefacito, ut medio crem cō-  
 sistentiam habeat, pixide plumbea reponito, lixiuam  
 super destillans ne subito exarescat, ualet quoq; ad uer-  
 ucas, myrmecias, pterygia, clauos, callos, cicatrices sup-  
 crescentes, fœcula bimestri non uetustiore cutem delin-

¶ Impref-  
 sum exē-  
 plar hēt  
 octo.  
 \* Impref-  
 sum Al di.  
 exēplar  
 hēt tres.



to: ubi arefcere inceperit, ſpongia elotam rurfum per  
ungito: ubi nigruerit, denuo ablues medicamentis cruſta  
ſtam inducentibus: poſtquam autem cruſta deciderit,  
exedentia adhibentur. Medicamentum exedens ualide

5 *citra roſonem: Squamæ æris drachmę quatuor, ſanda  
rachæ drachmæ duæ, ueratri nigri tantundem, cum roſo  
ſaceo utitor. ALIVD. Squamæ, ſandarechę, urticæ ſeo  
minis torrefacti pari meſura cum roſaceo utitor.*

10 *ALIVD. Erynceorum combuſtorum, ſepiæ teſtæ, aur  
ripigmenti, æquale pondus ex roſaceo: quæ ambiunt  
partes orbiculatim omnes prius delinito ceruſa cum o  
leo. Item efficax eſt compoſitio ex calcis uiuæ illabo  
ratæ partibus duabus, chalcitidis parte una, auripigmen  
ti parte una.*

15 **DE FAVIS. Cap. XXXV.**

**F** Auus qui Græcis cerion dicitur, tumor eſt qui in  
cute foramina habet, per quæ humor craſſitudi  
nem mellis referens excernitur: reſte igitur ipſi im  
ponuntur uuæ paſſæ cum ruta, aut ſici folia molliſſima  
20 cum melle, aut cardamum cum lini ſemine ex melle,  
aut cucumis domeſtici radix cum melle, aut ſulſur uinū  
cum cerato, uel terebinthina. Cæterum uariam magis  
fauorum curationem moliere, ſi quæ tertio uolumine  
de manantibus capitis ulceribus dicta ſunt, in hunc lo  
25 cum transferas.

**DE SIMPLICI VLCERE. Ca. XXXVI.**

**Q** uoniam ſimplex ulcus continue ſolum eſt di  
uortium, ſi quis partes diductas ſalcia orbicula  
30 tim circumdata committat, utique citra aliquam  
atiam molitionem coaleſcent. Cū uero alterū ulceris os  
in obliquum ſpectauerit, inde deligaturam tentare & in  
contrariū ducere oportet: cum utraq; illius labra eo ue  
gant, à duobus principiis incipiendū eſt, & ora ſic addu  
cenda. Nam cum nihil intra oras inciſerit, nempe pilus  
35 aut arena, aut oleū, aut ſordes, aut id genus aliud, omni  
no ulcus concreſcet, quod ſi magnū ſit, adeo ut diducte

partes in totum prædicta deligatura committi nequeat, futuris ipsæ adducentur, deinde sic deligatæ, glutinato rris, ut uocant, prædidiis utemur, quæ collectam humorum subluuiem desiccare & consumere queant: aliam, ne in fluat, prohibere.

QVÆ VLCERA GLVTINAO  
nare possunt. Cap. XXXVII.

**R**oboris folia illita ulceribus glutinandis sunt. Itē salicis, brasicæ, oleaginis fruticis quæ chamælea dicitur & fructus & folia & cortex, succusq; anterioris plantaginis, papyrus posca aut uino imbuta & in orbem circumdata. Recentia ulcera glutinant piceæ & tedæ folia, cortexq; recens ligamenti modo circumdatus cum aqua aut posca aut uino, caseus recens leuis gatus: extrinsecus imponuntur, folia lapathi, aut uitis, aut betæ, aut lactucæ. At ex acido lacte caseus qui oxyga lactinus dicitur, uulnera quoque ampliora committit: pyra sylvæstria quæ achrades dicuntur fluxionem resprimunt, equisetum si illinatur, neruos quoque præcisos iungit, isatis satiuæ in duris corporibus ulcera etiam si musculorum capita affligant, idem præstat, cupressi folia, germinaq;, & nouelli galbuli mollesq; duris corporibus proficiunt, sed miscendus est araneus, qui circa molas agēs farinam euolantem excipit, in pollinem detritus, myrrha cum aqua illita, uel lachryma thuris, terræq; lumbrici uel neruorum præcisiones glutinant, pentaphylli folia cum melle, allia combusta illita. Inueteratis ulceribus e contrario prodest hordeum combustum cum cerato. Cerusa autem cum myrthæ cerati triplicato condere. Ad capitis ulcera ualet, myrrham aridam inspergere non madefactam, quippe celeriter contrahit, uel aloen aridam, uel aristolochiam tritam & melli & uino incoctam dum mediocris fuerit spissitudo in linteum illinens applicato. Composita autem ad glutinandum sūt Barbara, Chryse, medicamentum Nicolai. Item quod salicibus, quodque dictamno constat, atque alia his



confimilia, quæ magnis potissimum uulneribus glutinandis sunt.

## SI DOLOR ET INFLAMMATIO

flammatiō ulcera exerceat.

Cap. XXXVIII.

5 **S** Idolor & inflammatiō uulnera obfideat, usus est medicamentorum, quæ desiccant, atque inflammationem arcent. Ex liquidis igitur laudatissimum est uinum, deinde posca. Si uero sordes quoque cum  
10 inflammatione occupent, mulsæ diluta conuenit. Ex iis autem medicamentis quæ siccandi potestate prædita sunt, communiter quidem cōferent, inflammationibus dicata, si oleosa acriusque excipias: priuatim hoc proficit, malum Punicum dulce uino incoctum tritumque; illi  
15 nitur, mirabile nimirum & multiplici usu commendatum est remedium, facit enim tum ad capitis, tum naturalium ulcera, tum ea quæ toto corpore excruciant, oculorumque inflammationes. At si erysipelas, aut eiusmodi quippiam ulceri accesserit, iis utendum præsidii  
20 quæ aduersus illa inscripta sunt.

## SI MATVRARI, ET AD SUPPURATIONEM PERDUCI NEQUEANT.

Suppurationem perducere nequeant.

Cap. XXXIX.

25 **R** Ecencia quidem ulcera, & quod inflammatiōne adhuc occupentur, non suppurantia, concoquit maturatque ex simplicibus, aqua temperata superfusa, farina triticea, uel chondrus, uel panis, uel glutinum librarium, cum terebinthina illitum, item cera, crocus, lachryma thuris, pix, rosa ceum, adeps suillus, uittu  
30 linusque. Inter composita uero tetrapharmacum quod linteolis illinitur, rosaceo subactum. Vetera autem & callosa maturant, simplicia quidem uua passa domestica, styrax, galbanum, myrrha, ladanum, pix, resina, butyrum, mastiche Aegyptiaca, & hyssopum. Composita uero ex resinis, dictum aceron, id est, absque cera, quod  
35 ad Galenum authorem refertur, si linteolis illinitur, oleo

PAULI AEGINETÆ

ueteri aut resinino solutum, item quod à duplici colore  
dichromon dicitur, pari modo & basilicum, similiaq̄;

DE CAVIS VLCERIBVS.

Cap.

XL.

**C**Auum ulcus carnem quæ perit restitui postulat, 5  
cuius generadæ materies opifexq̄, sanguis mo-  
deratus est, & probus. Huius igitur mediocritatē  
ex alimento sufficienti conciliabimus, temperiem uero  
probam ex bonis ciborum succis, & proba particulæ in 10  
quo ulcus est temperata. At ex recremento tenui, hu-  
midum ulcus redditur, ex crasso, sordes coalescunt, eo-  
que mediramentis eget quæ modice siccant, purgantq̄;  
Eiusmodi sunt lachryma thuris, hordeacea farina, eru-  
rumq̄; fabarum lomentum, iris, aristolochia, cadmia, pa- 15  
nax, & pompholyx. Quod si nihil medicamentum ad-  
creandam carnem inductum proficit, ad aliud sic digre-  
diendum est. At si plusculum sordis sit, humidiusq̄; ul-  
cus, sciendum uenit medicamentum intra modum des-  
sicasse, intendendumque esse ipsum mellis mixtura: sin- 20  
purum & absque humore cernitur, ultra, ac conuenit o-  
leo pleniore dilutum ceratum inducere. Accidit nonnū  
quam carnem à medicamento ualentiore consumi, ut  
sordidum humidumq̄; ulcus appareat, quemadmodū  
ex iis quæ minus ac par est, desiccant. Verum hoc ul- 25  
cus dum consumitur, cauum magis euadet, labris præ-  
tumidum, rubens præterea & inflammationis particeps  
sæpe uero æger manifestam erosionem percipit. Altes-  
rum illud quod à parum siccantibus remediis humescit  
nihil horum succidaneum habet. Putrida igitur ligna, &  
potissimum quæ moderata astringendi abstergendiq̄; 30  
uirtute donata sunt quemadmodum & ulmus, purgant  
ulcera, puraq̄; iam facta, carne replent, uel anemone ap-  
positæ, item piceæ cortex derasus, tritusq̄; cum cerato  
linteolis illitus, cauis ulceribus auxiliatur, & præsertim  
recentibus, ut quæ carne destituta reficiat, repleatque. 35  
Composita uero, ubi pura quidem sunt ulcera, accomo-



modantur, quod ostreis constat, quod Manathoni ad  
 scribitur ex uini fœcula, quod ex aloë conficitur, quod  
 melitera appellatur aridum, & quod amyli, manthæ, ali  
 cæ, erui, pares portiones recipit. similitæ quod è thure  
 confit, & aphroditarium. Sin autem sordibus magis sca  
 teant, cephalica appellata arida conueniunt, & quæ lin  
 teis illinuntur, ut Trophos dictum, Isis, Athene, ex atra  
 Etlide præparatum, Italicumque, & quæ experientia  
 comprobauit.

## QVÆ SORDIDA VLCERA

purgent. Cap. XLI.

**S**ordida ulcera siue caua, siue plana fuerint, pbe pur  
 gat aristolochia cum melle, terebinthina cum pari  
 rosaceo & melle, uel loco rosacei butyro, iris illyrio  
 cæ ex melle, oliuæ colymbades illitæ. Ad ea uero quæ  
 neuosis obueniunt, terebinthina cum butyro liquefac  
 ta: sordidis nimium & depascentibus benefacit marru  
 bium cum melle, hoc etiam crustas delicit. Composita  
 autem remedia hæc sunt, amurcæ coctæ, mellis despu  
 mati, aluminis phorimi, hoc est, liquidæ, paria pondera.  
 ALIUD. Serapiadis herbæ, quæ & triorchis dicitur,  
 sicca, iridis illyricæ, marrubii sicci, aristolochiæ, singulo  
 rum drachmæ octo, erui farinæ drachmæ decem, ari  
 do utitor & cum melle. Insuper ad sordida ulcera fa  
 citum Egyptia, tum ex sale cerata liquefacta, tum In  
 dice, tum Athene, tum uiridia diluta. Ad hæc, quod pu  
 mice constat, & ex eruo sicca, pastillusq; nigro uiridis si  
 militer etiam Criogenes appellatus.

## AD VLCERVM VERMES. Cap. XLII.

**A**D uermes qui in ulceribus procreantur arcen  
 dos, primum quidem est ut humiditatem pu  
 tredinemq; eorum opificem tollas. Cæterum  
 necant uermes communiter quidem, omnia quæ ad  
 aurium uermes inscripta sunt. Ad eos autem qui ulcera  
 infestant, Archigenes commendat cerusam poliumq;  
 pari modo cum pice liquida illitum.

QUOMODO CARO VLCERIBUS

supercrefcaens exedatur. Cap. XLIII.

**S**upercrefcaens ulceribus caro medicamentis quæ ualenter exiccant tollitur, cuiufmodi eft diphryges inperfum, squama æris, omniaque testacea combufta, & erinacei concremati utrique cum toto corpore. Verum hæc modice purgant, & supercrefcaentia continent. Afiaæ uero petrae flos, ualidior eft, hoc magis fori, chryfocolle, chalcitis, mify: combufta minus rodunt; item æris flos, fimiliter ærugo omnibus eft ualentior, fales autem concremati, humentes cum infirmitate carnes confumunt, fic etiam linamenta carpta è panniculo, muria aciori imbuta & reficcata, quæ fi imponantur, mediocres carnum supercrefcaentias exedunt. Ærugo, cum æris squama inter ea refertur quæ ualide reprimunt. Composita rhodia (ut dicitur) arida, pſaron, ad hæc xāthon, ſine morſu retinet. At maximas carnum excreſcētiaſ, aduſque penitiora cruſtiſ obducunt, paſtilli Fauſtiaſ ni, triti inſperſi q; & medicamentum, quod à ſolis æſtu heliocaes dicitur, aridum. Adde hiſ quod recipit calcis uiuæ ſquamæ æris, & manne, pares modos. Idem ea q̄ nimium excreuerunt ſangis q; reſpondent, cum melle, purgat; cum cērato, carne replet.

ARIDA COMPOSITIO AD  
carnem compeſcendam.

Argentifpumę, chalcitidis, æruginis, plumbaginis, ſingulorum æqualis portio. ALIUD uehementer reprimens citra roſſionem, ualet quoque ad paſcētia ulcera, & præſertim gingiuarum uitia, quas epulidas uocant, necnon addentium candorem. Calcis uiuæ pondus, auripigmenti ſelibra, hoc auripigmentum, inquam, ex aqua detritum calci uiuæ, eadmæ modo lotæ adicitur; in puluerem redactis ſiccis utitor; ex paſtillis autem, tū qui Pantolmius dicitur, tum qui ad polypum inſcripti ſunt, pulchre coercent, ſic emplaſtra uiri dia & præcipue id quod ex ſale cappadocico præparatur, ſimiliter, & ſiſſiſ ſumme



summe carnem supercrescentem in ulceribus continet.  
DE VLCERIBVS SERPEN  
tibus, & putridis, & phagedæna.

Cap. XLIIII.

- 5 **S**uperfusiones utiles sunt ulceribus depaſtis, putri  
disq; ex aceto, poſca, aut uino astringente, aut aqua  
frigida, aut marina, aut decocto lenticulæ, malicoſ  
rii, balauſtii, lentilci, myrti, ſpinæ ægyptiæ, aut aliquo ex  
iis quæ astringunt & ſiccant. Cataplaſina his ipſis exhi  
10 betur ex farina erui, alumine liquido, panis ſilignei mica,  
gobio ueteri, aut alio ſalfamento ueteri carnis illotæ,  
terebinthina liquida pari pondere detritum, uel ariſtolo  
chia, uel reciniorum foliorum ſuccus æqualis, ærugis  
15 tur: ſi cruſta non deciderit, elaterii parem modum æru  
gini admifceto. putridis efficaciſſe ſori ſi tritum inſper  
gatur. Et ſuper linamenta carpta arida, uel ariſtolochia  
rotunda, uel gallæ, æquo pondere cum oleo illinuntur,  
20 uel cucumis ſylueſtris radix, uel braſſicæ, uel betæ, ue  
lapathi folia illigata calidis cineribus reconduntur. Vbi  
uero emollita fuerint, cum ſale trita imponuntur, ualenti  
terq; repurgant: uel oleæ ſummitates in uino decoctæ  
cum melle illinuntur, uel chalcitidis applicatur, uel apii ſe  
men contritum, uel lini ſemen læuigatum, cum atramen  
25 to ſutorio inductur, uel thymum, uua paſſa, & ficus in  
coctæ applicantur, aut fici folia in læuorem tritum cum  
melle, aut nitrum, cuminum, & farina ex melle, aut co  
cumeris ſylueſtris radix, aut ſcilla cocta ex melle, aut ſo  
30 reos drachmæ duodecim, chalcitidis drachmæ decem  
miſſos drachmæ quatuor, cum dimidia aceti accerriſ  
mi hemina, læuigantur donec areſcant: exceptis uteris,  
ſpecillum intingens, ac ulceri circumadigens ſuperq;  
duplex linteolum ex œneleo imponis: ſi inflammatio  
ne ſint occupata. altercum cum polenta, aut braſſicam  
35 cum melle delinito.

PAV. ÆGIN.

AA

PAULI AEGINETÆ  
AD PVREDINES QVAMLI

bet partem occupantes, & ulcera  
quæ depascunt.

Calcis ulug, chalcitidis, singulorum denarii duo, auripig  
ment denarius: hoc quoque ad digitorum pterygia &  
phagedænas efficax est. Item naturalium carbunculis  
cum melle utiliter adhibetur. In reliquis vitis arido uti  
tor, super splenium ex resina inducito.

AD OMNIA QVÆ DEPASCUNT  
ulcera, quæq; os infestant, item sanguinis pro  
fluvium, & carnem excrescentem, aris  
dum compescens, longe uti  
hissimum.

Chalcitidis, misyos, utriusq; crudi, denarii viginti, squa  
mæ ferri denarii \*sex gallæ immaturæ denarii octo.

In exē  
plari ma  
nuscripto  
sexdecim

AD SERPENTIA VLCER  
ra & putrida.

Salis drachmæ duodecim, aluminis qualiscunq; cōbu  
sti drachma, squamæ, pumicis cōbusti, singulorum par  
modus: ualet & ærugo rafa cum misyi combusto, pice  
liquida excepta, squamaq; ferri cum oleo.

AD VLCERA PVDENDO  
rum depascencia.

Hæc & meliterion, nomis proficient. Item ex acuta myr  
to, & ex charta medicamen aridum omnibus nomis  
efficax est. Accedit huc coracion ex oxymelite, passil  
lus Andronis, & qui huic respōdent. Eadem uero hæc  
medicamenta phagedænis quoq; congruunt: nam &  
ipsa ulcera sunt quæ depascunt, exeduntq;.

AD FLACCIDA ET CVM IN  
firmitate humentia ulcera foetida q;.

Lemnia spheragis ex aceto, uel oxymelite, uel posca, uel  
uino subacta, ad luti spissitudinem illita benefacit, aut  
cupressi folia, germina & galbuli teneri, aut cucurbitæ,  
aridæ concrematuræ cinis, aut platani corticis combusti,  
aut anethi cremati similiter, aut lanarum sordidarum



astarum, aut plantago, aut isatis per se, uel cum polenta, uel peucedani radix arida.

QVOMODO CICATRIX. VLTRA  
ceri inducenda sit. Cap. XLV.

**S** Vmnia ulcerum caro cuti similis efficitur, induciturque ei cicatrix, si illam desiccemus astringamusque adeo ut non solum id quod præter naturam redudat discutiat, uerum etiam quod secundum naturam est, attingamus. Idonea ad hoc sunt, galla imatura modo dice exicans, tum quæ citra astringentem rationemque siccant: eadem quoque cicatricem inducunt, uel uti myrrha, argenti spuma ostreaque concremata, hæc namque si inspergantur, arida sæpe cicatricem inducunt: piceæ cortex cum cerato myrteo, hederæ flos cum cerato lilli radix cum rosaceo, resina ex picea arida, pumex tostus, squama æris partim portione siccis utitur, idem etiam resprimit: uel pumici trito, mannæ & diphrygis singulorum miscens paululum, utitur: uel argenti spumæ partem unam, diphrygis dimidiam cum cerato instar splenii impones. Vetera autem ad cicatricem ducit uiscus, cum lachryma thuris, ærugo cum diphryge æquali, ceratoque myrteo: uel centaureum minus recens illitum. At humidiora cyperi radice illinito: sedis autem naturaliumque uel cera, præsertim si inflammationem experiantur, alioque per sanat læuigata arida: uel ex aqua: aut squama æris, aut chryfocolla in sole cum cera emollita inducitur.

ARIDVM AD CICATRICEM  
INDUCENDAM.

Ostreorum drachmæ duodecim, mannæ drachmæ sex, cadmiæ drachmæ quatuor: facit & nomis. ALIUD. Aristolochiæ, drachmæ sex, piceæ corticis drachmæ sex, mannæ tantundem, pumicis, colophoniæ, iridis, singulorum drachmæ quatuor. ALIUD. Cornus ceruini combusti drachmæ quatuor piceæ corticis uncia sex cerusæ uncia quatuor, æruginis rasæ uncia nouè, cadmiæ drachmæ octodecim. ALIUD. Cytinorum, atramenti

PAULI ÆGINETÆ

futorii singulorum drachmæ sedecim, squamæ æris, alu-  
minis scisli singulorum drachmæ octo, gallæ drachma,  
A L I V D. Cerusæ, argenti spumæ, singulorum \* dra-  
chmæ octo, recrementi plumbi, gallæ, myrrhæ aridæ,  
singulorum drachmæ quatuor,

\* Aldus  
hæt unciæ  
octo.

AD CICATRICEM INDV-  
CENDAM.

Aluminis scisfils unciæ, trita in aquæ sextario maceratur:  
ubi solueris, aqua linamenta imbuis, & siccatis uteris.

EMPLASTRVM AD CICA-  
tricem inducendam ex simplicioribus.

Ceræ denarii quadraginta, argenti spumæ denarii trigin-  
ta quinque, diphrygis denarii octo, myrtei heminæ di-  
midium: efficax est his quoque palmulatum, quod  
phœnicine dicitur, item ex cadmia, tum myrsinatam, &  
confimilia. Ad ea uero quæ cicatricem uix recipiunt, ce-  
ræ myrtei, singulorū drachmæ sex, cadmiæ unciæ sex,  
plumbi, thuris, singulorum drachmæ duæ, aluminis scif-  
sili, æris combusti singulorum \* drachma æruginis ra-  
sæ drachmæ duæ: die interposito soluitur.

\* Aldus  
unciam le-  
git.

D I V I N V E T E R A T I S E T Æ G R E  
AD CICATRICEM uentibus. Cadmiæ,  
chrysocollæ, aluminis scisfils, singulorum drachmæ  
octo, æruginis, squamæ æris, singulorum drachma, resif-  
næ pitynæ drachmæ quadraginta, ceræ drachmæ cen-  
tum, myrtei quod satis est. A L I V D. Ceræ, resinæ pi-  
tynæ singulorum \* unciæ sex, cadmiæ tantundem, chal-  
citis crudæ unciæ tres, myrtei quantum satis est: uino  
læuigatur cadmia cum chalcitide, cum caniculæ sidus  
oritur: latiore utere splenio, quod platysma dicitur: sup-  
id linamentum carptum & spongiam ex uino inducito,  
A L I V D. Aeris combusti, aluminis scisfils, singulorū  
unciæ duæ, salis ammoniaci drachmæ duæ, ceræ unciæ  
sex, colophonæ tantundem, myrtei unciæ duæ, arida in  
sole diebus uiginti ex aceto leuigantur, ubi mellis facta  
fuerit spissitudo, cera eliquata refrigerataq; emolliendo

\* Exēplar  
scriptum  
hæt unciæ  
tres.



miscetur. Valet etiam ad hæc medicamentum ex pumice, item Isis, & id genus alia.

## DE MALEFICIS VLGERIBVS

dolosifq; cacæthe Græci uocant, alias chironia & telephia. Cap. XLVI.

- I** Nueterata & quæ uix cicatricē recipiunt ulcera, alii chironia appellantur, ceu Chirone medicinæ peritissimo indigentia: alii telephia, q̄ in tali ulcere Telephus cōsenuerit. Inspiciendum igitur uenit, num & totū corpus uitioso redundans succo, huiusmodi fluore ulceri transmittat, ac qui superat humor, cōuenientibus uacuari debet remediis, Si uero uarix cruribus ulcere infestis illum impertiat, et hic auferri debet, sicut in parte chirurgica explicabitur: aut uenæ sectione ipsos uacuumus, abunde sanguinis detrahentes. deinde loco inducemus auxilia, q̄ sine morsu rescicēdi uim habent. simplicia igitur ex pumice, diphryge, squama, ærugine, calce mediocriter lota: alumen scisfile tritum inspergiuntur: hysopi drachmæ quatuor, uuæ passæ tātundē, nitri drachmæ duæ, loco prius melle illito applicantur: squamæ æris drachmæ decem, aluminis drachmæ duæ, cum ceræ drachmis decem emollitis in sole, imponuntur.

## COMPOSITA HÆC SVNT,

emplastrum ad chironia.

- 25** Cerusæ unciz octo, aluminis scisfiliis unciz duæ, squamæ æris drachmæ duæ, salis ammoniaci, thuris, ærginis rasæ, malicorii, singulorum unciz duæ, calcis uiuæ uncia, ceræ libra, myrtei libra una & semis, arida uāno teruntur: hoc medicamenti protinus ab initio callum excindit, & reconditum seruatur, postremo autem in usu emollitum myrteo, cicatricem inducit. **ALIVD.** Argenti spumæ pondo, olei pondo dua, chamæleonis nigri, radice aristolochiæ, gallæ immaturæ, singulorum uncia, galbani, guttæ, ammoniaci, lachrymæ thuris, singulorum unciz duæ, præparato radicibus uiridiū arundinis uā agitans, Archigenis ad chironia, tum malefica ulcera

PAULI ÆGINETÆ

quæ tibiâs mamasq; obfidet. ite strumas & parotidas.  
 Adipis bouilli libræ tres, terebinthinæ quincunx, manna  
 septunx, terræ sardæ dictæ, qua scriptores utuntur quin-  
 cunx, his quæ liquari possunt in arida coniectis unitisq;  
 utitor. ALIVD. Archigenis. ceræ triens, olei omphaci-  
 nis, manna uel thuris lachrymæ, diphrygis, squamæ, sin-  
 gulorû drachmæ quatuor, arida cum aceto leuigas, ubi  
 mellis spissitudo facta, cerato misces, & uteris diluto quæ  
 linteolis pos sit illini. ALIVD ad mulierû dolosa ulce-  
 ra, & aliorû q tenera carne præditi sunt. Ceræ tyrrheni-  
 cæ drachmæ octo, adipis taurini, terebinthinæ plumbi  
 combusti lotiq; singulorum drachmæ quatuor, utitor  
 \*Aldus ut  
 nam hêt. per linamenta ex rosaceo uel myrteo.

AD CICATRICES NIGRI

cantes. Cap. XLVII.

**C**icatrices nigras tollit oleum in quo bryoniæ ra-  
 dix candidæ & nigræ incocta sit, dum succum  
 reddat, impositum: calamintha ex uino cocta, ar-  
 genti spuma cum rosaceo albo lota: ex impetiginibus  
 cicatrices, tum alias concolores efficit asini adeps illitus  
 ærucæ semen ex felle caprillo, bubulo, & ouillo, perun-  
 ctum cum argenti spuma ouillus talus combustus, ex ui-  
 no austero tritus, gutta ammoniaci cû suillo felle illita.  
 Cõposita uero, argenti spumæ, mænæ, lachrymæ thuris,  
 pares portioes cû melle. ALIVD. Nitri, suffiminis am-  
 moniaci, sulfuris uiui, myrrhæ, paria põdera, ex aceto al-  
 bo, aut uino, aut aqua, minutim detrita modice illinuntur  
 ne exulceratione excitent. ALIVD. Cimoliæ cretæ, co-  
 lubarum fimi, saponis, thuris, æquales modi ex aceto.  
 Smegma ad cicatrices nigras. Cimoliæ cretæ drachmæ  
 octo, aphronitri drachmæ quinq; ueratri albi drachmæ  
 quinq; glandis ungnëtarix expressi drachmæ quatuor  
 in balneo cicatrices abstergit.

DE SINIBVS. Cap. XLVIII.

**C**um adiacēs ulceribus cutis, diutius subiectis cor-  
 poribus nõ coalescit glutinaturq; nostrum sinum,



Græci colpō nominant. Si igitur ad superiorē partē pot  
 rectus sit, facile sanies p̄ os emanat, atq; ideo prōptē cō  
 glutinatur. Si inferius ipse spectet, sanies uicinā aliq̄ partē  
 intus erodit, ac nisi emulsariū quoddam collectionis scal  
 75 pello prius feceris, nihil p̄mouebis, neq; carne ipsum  
 replendo neq; cōglutinādo. Q̄ si artus aliquos nēpe  
 cubitū, aut femur sinus occupet, poterit utiq; decliuis fi  
 guratus citra diuisionē ex aduerso factā coalescere. Et  
 10 nū elatius ptendens, sinū ad defluxionē incitabis. At in  
 fœmore si p̄p genu sinus desinat, decliui figura posito,  
 iuxta poplitem mollē puluinū subiicis, quo inguina ge  
 nu humiliora sint. Si igitur sinus carne impleri non des  
 sideret, statim fistula quadam recto peruia foramine cui  
 15 uestica illigata sit, ad sanie qdē quæ sinui inhæret abster  
 gendam diluione multa potabili, elui debet: uerum ut  
 coalescat, uino aut mulso: deinde ad glutinans medica  
 mentū transeundū. Sin cauus sinus carnē regrat, primū  
 20 medicamenti, qd̄ charta cōstat, aridi paululū cū multo  
 rosaceo inferi conueniē, deinde carpto linamēto os ob  
 turari. Inde emplastrū Isis aut Machæronis, aut simile  
 quoddā unā cū rosaceo cerato liquidiore solutū iniici  
 tur. Vbi uero carnē mediocriter sinus fuerit repletus,  
 25 conglutinans quoddā medicamentum impones, quē  
 admodū & recens cruentū uulnus curabas. Huius autē  
 generis sunt: Barbara, Dichroma, & rubra appellata.  
 Maxime uero oium quod ex resinino, & metallicis si  
 ne cera p̄paratur rubrū Galeni emplastrū cōueniet. Post  
 medicamentum spongia recens ex mulso aut uino cir  
 30 cumponitur, & q̄ fieri potest, mollissime, desigatura à  
 sinus fundo incipiens in ipsius os desinet, linteorum ue  
 ro circumductus fundū sinus sine dolore cōstringat, pau  
 lo post soluatur usq; ad sinus oras, emplastro extrilecus  
 sinui circūdato, sed ita iuxta oras descisso, ut sanies que  
 35 at excemi: qd̄ fiet paruo quodā alio emplastro sup̄ im  
 posito ex eodem medicamēto ob effluxum laxo: fines

PAULI ÆGINETÆ

id ad usq; solutionē, qua tertio quoq; die facta id ipsum auferes mutabisq;: quod toti sinui circumdatū est relin-  
quens. Nota uero erit an sinus ima coaluerint, si sanies probe emanet pauca & cōcocta, aut si nequaq; effluat: Insuper eodē in sinu si neq; dolor aliq; sensibilis, neq; tu-  
mor, sed tota regio submissa, sicca, et doloris expers ap-  
pareat. At si pus etiam maturum in ore modicum con-  
spicias, multo magis de sinu cōglutinando sperandum est. At si primo alterove die sanies quædam tenuis e si-  
nu excernatur, nihil adeo de glutinatione despera, quip-  
pe medicamenti uirtus humorem tenuem ex subiectis  
partibus frequenter extundit, undē partes siccæ medio-  
criter factæ coeunt & glutinantur. Tertio uero die aut  
quarto ab initio si cruda per os sanies euaserit, scito si-  
num nō coisse, eodēq; medicamento nō insiste, nā cū  
propter humiditatem quampiā ut uerisimile est, a par-  
te decidat, nō alienum fuerit etiam mutare.

DE SINIBVS QVI AB AT-  
TRITIS uestium fragmentis rhacodes dicitur.

Vbi abscessus tarde sectus fuerit, uel medici Imperitia,  
uel eius q; curatur timore, & cutis sinui obducta tenuis,  
atritisq; uestium laciniis similis fuerit, quod Græci rha-  
codes dicunt, fieri nō potest, ut prædictis collutionibus  
adimatur, ob quod glutinante utendum medicamine,  
temperatura liquido, uiribus autem arido. tale est pal-  
mulatum dictum ex chalcitide, ueteri dilutum oleo, ne  
admodum indurescat, neque manus coinquinet, deinde  
uino mediocriter uetusto maceratum, postea orbicula-  
tim cum decenti deligatura impostum. Conuenit autē  
atritæ uestium instar ut comprehensum est, cuti, potissim-  
um mel, quoad emplastri spissitudinem habeat co-  
ctum impostumq;. Præstitit autem post illitionem la-  
cero in sinu factam, myrrham ei in pollinem coactā, cri-  
bro suspenso inspergere, uel aloen, uel thus, uel simul  
omnia. Expertus autem sum, tenue centaureum in hunc  
usum mirabile esse medicamentū, succedit huic symphis



tū, deinde iridis illyricæ radix, postremo erui farina. Nō  
 nunquam uero inter coquendum ea melli insperguntur,  
 cum cacabus ab igne tolletur. Melius autem fuerit,  
 si sebetè iam à flamma amoto hæc fiant, deinde dilis  
 5 genter agitemus: ubi medicamentum egelidum euas  
 ferit, sinui imponatur, illigeturq; sicut expositum est.

## DE FISTVLA. Cap. XLIX.

10 **F**istula sinus est callosus, qui magna parte ex ab  
 scesibus nascens, ab arudinearum fistularum tras  
 latione appellatur. Si itaque in os desinat, curari si  
 ne manu haud potest, nisi temporis spatio, squama ul  
 tro uel os deciderit. Si uero in os finiat, medicamentis  
 quæ callos elidunt & coagulantur persanabitur.

15 Itaque callos excidunt hæc quæ subiungam. Spōdiliū  
 radix \*feruefacta impositaq; fistularum callos eximit,  
 item ueratrū nigrum duobus tribusue diebus insertū  
 dem præstat. Ad hæc amurca cocta & in collutionem  
 adhibita. Iam sory crudum uel concrematum cum uini  
 diluti momento iniectum: item sory & crocomagna cū  
 20 hydromelite, uel elaterium terebinthina exceptum in  
 collyria cogito, impositoq; uel laserpitij radice succum  
 infundito. Id quod sequitur callos consumit: æruginis  
 drachmę duodecim, ammoniaci drachmæ duæ, excep  
 ta aceto in longum inducuntur.

## 35 COLLIRIVM QVO FI

stulis exterendis utor.

Guttæ ammoniaci, atramenti sutorii, æruginis, mifyos,  
 chalcitidis, gummi pari modo excipiuntur aceto.  
 30 ALIVD ex his quæ in Heliodori chirurgica scribuntur.  
 Cadmiæ, mifyos, atramenti sutorii, æris combusti,  
 gummi, singulorum drachmæ quatuor, chalcitidis cru  
 dæ drachmæ tres, excipiuntur pueri impuberis urina &  
 finguntur collyria ex quibus uno fistulæ imposito, panis  
 mica aqua madens extrinsecus superaccommodatur,  
 35 sed ita ut illud mutetur sæpius donec inflammatio cori  
 quierit, & crusta exciderit, ALIVD quod in Alexandria

PAULI ÆGINETÆ

accepi, Anchusæ radicem, misys rosti, chalcitidis, æruginis, aluminis scissi, atramenti sutorii, aloes, singulæ unciæ, cantharides quinque, aceto trita in collyria coguntur. ALIUD. Atramenti sutorii denarii duo, chalcitidis, æruginis, singuli denarii, excipiuntur gummi usuiq; sunt. Cum autem callus fuerit extricatus, ærugine cocta cum melle purissimo octuplo in collyrii formam redactis, repurgatur. Vbi vero callum eliseris, his quæ carnem præcreant uti opportunum est.

\*Imprefsum hæc multa.

COLLYRIUM AD CARNEM generandam.

Aloes myrrhæ, ammoniaci, ouorum putaminum contustorum cineris, æquale pondus, aqua detritis omnibus collyria formantur, imponuntur que. ALIUD. Myrrhæ, aloes, thuris, malicorii, æqualis modus aqua excipitur, quidam vero taurino felle, carnes etiam oleo quod simmaturis uuis expressam est eluuntur. Notus mihi est qui cedrino liquore fistulas collueret, ac mirum quantares felicitate successerit. Postquam uero carnes produxeris, glutinatorio utendum medicamine, quomodo in aliis sinibus præcipitur. At cum fistula arctior, longaque fuerit, Galenus ait, neque callum adhuc, sed sordidem tantummodo contraxerit, primum siliuam demissi. deinde eandem tantisper inibi permittens dum fordes excidisse spe rasset, medicamentum applicaui. Est autem id quod resinino oleo constat superius commemoratum.

DE VLGERIBVS DIRVPTIS. C. L.

**N**onnulla ulcerum cicatrice obdusta, frequenter haud magno temporis intervallo, iterum inflammatione tentantur rumpunturq;: siquidem esse quodam affecto, interdum caro circumdata ex facili cicatricem recipit, ac sana ex toto esse uidetur: uerum cur su humoris ualido paulatim ex osse in alto contabescere tum inflammatio tum pus oboritur, quod cicatricem deradit. Curatio igitur eiusmodi ulcerum, tantam requirit siccitatem, ut os affectum decidat. Huius autem sinus



concauos prompte replebūt papaueris syluestris ficiq;  
folia cum polenta leuigata, atque ex uino illita, uel alter  
ei semen, & atramentum futorium pari pondere con  
trita imponentur, uel peucedani radix desubito squa  
mas osium separat.

## DE ARTICVLORVM VLCERIBVS. C. LI.

**C**um articuli carnosus partibus siccores existant,  
exulcerati siccores medicamenta requirunt. Pro  
be igitur facit pastillus Polyidæ ex uino subactus  
donec fordii fiat spissitudo. Itē q̄ similiter huic desiccāt  
medicamina. Item marina, muriaq; frequēter irroratos,  
melius affici conspeximus. Quare in articulis iis uentis  
dum est q̄ maiori etiam siccandi uirtute pollent.

## QVÆ SPICVLA, SVRCVLOS;

**A**spinas & consimilia educunt. Cap. LII.  
Culeos, arundines, insuper spicula & spinas ex  
trahit utrunque anagallidis genus, aristolochia  
rotunda, ammoniacum cum melle, alterci fructus  
leuigatus inspergitur, arundinis radix contusa, melliq;  
mixta in linreolum largum illinitur, imposita de subito  
educit.

## SI EX VENA ARTERIA VEET

**P**in sinibus sanguis profluat. Cap. LIII.  
Articulis sanguinem fundentibus, figura ei quam  
pe quæ sursum uergat, neque id tamen in modis  
guinem profundat: cum nihil æque sanguinis profuui  
um exciter, inflammationesque augeat, ac dolor. Cum  
itaque sanguis erumpit, statim digitum ori ulceris uascu  
li iniecit, innitens leniter premensque citra dolorem,  
nam simul & sanguinem continebis, & grumum tuine  
ri induces. Quinetiam si altius deliteat uas quod san  
guinem emittit, diligentius perdisces, & situm ipsius, &  
magnitudinem, item uena sit, an arteria: deinde si exiguo  
um uas existat, aliquo ex his quæ sanguinem reprimunt

attendum est. Optima uero eius generis sunt, quæ ob-  
 struendi uim obtinent, unde Græcis emplastica dicun-  
 tur, ex resina fricta, farina triticeæ polline, gypso compo-  
 sita, similiaque, oui candido macerata, & cum leporinis  
 pilis imposta: at si amplum uas existat, hamo ipsum at-  
 tollere conaberis & mediocriter circumages, sanguine  
 represso, siquidem uena extiterit sine funiculo sanguine  
 hispidis medicaminibus sistere tentabis: sin arteria, alterū  
 è duobus facies, aut funiculo circumposito, aut toto ua-  
 se præciso sanguinem coercebis. Est, cum magnis quo-  
 que uenis funiculos circumdare cogimur, quemadmodū  
 dum nonnunquam easdem totas transuersim nimirum  
 dissecare, in cuius rei necessitatem uenitur, in uenis quæ  
 à penitioribus recte sursum feruntur, præsertim per ar-  
 tum quoddam spatium, aut principes particulas, sic es-  
 nim utraque pars utrobique reuellitur, & uulnus à uici-  
 nis corporibus occultatur contegiturq;: tutius autem  
 fuerit utrunque facere, funem quidem radici uasis circū-  
 dare, quod autem inde procedit abscindere, his sic pe-  
 ratū, uulneri celerrime carnem inducere, priusquam fu-  
 niculus à uase decidat, si enim subito carnem contraxe-  
 rit, & locus alibi inanis reperiatur, id quod Græce uocatur  
 aneurisma sequitur. Dignosces autem num uena an-  
 arteria sanguine profundat inde, quod huius flauior tenuior  
 que sanguis existat, & percussu uacuetur, illius autem ni-  
 grior, & sine pulsu. Optimum igitur omnium quæ no-  
 uimus ad carnem inducendam medicamentorum, quo  
 etiam ad cerebri membranarum hæmorrhagias uti se-  
 curissimum est, item ad colli uulnera, ipsarumq; uenarū  
 iugularium quas sphagitidas Græci uocant, etenim &  
 harum sanguinem citra uinculum cohibet. Recipit autem  
 thuris lachrymæ pinguissemam partem unam, aloes  
 in mollioribus æqualem, ac in uicem lachrymæ thuris,  
 in durioribus æqualem, ac in uicem lachrymæ thuris,  
 manna tantundem, cum oui albo subigitur, dum mellis  
 fiat spissitudo. deinde leporis pilo mollissimo excipit



tur, mox uasi ipsi tum ulceri uniuerso liberaliter imponitur. Deligandum uero extrinsecus est fascia ex tenui lintheo, cuius fasciæ primi quatuor aut quiuque amplexus super ipsum uas quod profluit, iniiciuntur. hinc ad radicem 5 cem ipsius distribuuntur, postea ubi tertio solueris die, si tuto adhuc medicamentum ulceri adhæreat, aliud rursum super ipsum accommodabis, ac ueluti id quod ex pillis factum, deligabis quemadmodum prius, at si sponte sua primum reiecerit linamentum, uasis radicem dis- 10 gito leniter comprimens, ne uidelicet quippiam confluat, hoc quidem sensim auferes, alterum uero impones, atque hoc modo quoad carne obducatur uas, curabis, ita ut semper particulam serues supinam, custodito tamen sine dolore in hac situs figura modo. At quæ 15 crustas generant, quoties decidunt, nudam magis partem quam naturaliter esse debet, relinquunt, multisq; iam ex illis quibus crusta decidit, sanguinis profluuium quod ægre supprimi queat superuenit, quanquam & his utendum est cum magna urget necessitas. Maximam uero 20 necessitatem uel crustam inducentibus medicaminibus uel ignitis ferramentis utendi puto, ubi ex erosione putrescentis alicuius profluuium sanguinis concitatur, Quinetiam cum in huiusmodi affectibus totum quod 25 putredinem expertum est exciderimus, tutius est uel ipsius quasi radicem adurere uel medicamentis quæ crustam faciunt, uti, hoc autem maxime tum in pudendis, tum in sede fieri consueuit. Id autem quo crustam generantium medicamentorum uim dirigas, erit calor cum 30 astrictione, quemadmodum in chalcide, misy & aramento sutorio. Quæ autem ex calce uiua conficiuntur, uehementiora quidem his sunt, cæterum quia calx non astringit, crustæ citius ab ipsis decidunt, hæere autem ipsas longe est utilius, quippe ad basim earum caro super nascitur, efficiturq; uasis profluentibus ueluti operculum, 35 at huiusmodi sanguinis profluuium isatis satua si inspergatur probe coerces, uel guttæ combustæ. Porro ipsa

fertamēta ignita ex aceto aut uino restinguere oportet.  
 In uniuersum sanguinis profuusionem sistunt, simplicia  
 quidem, aloë, thus, manna, terra samia, ærugo ferri, lana  
 rum crematarum cinis tenuissimus similiter, sterus asini  
 ni aut equi, bitumen modicum, malicorium, diphryges,  
 galla, myrtus arida, alumen omne, tum crudum tum cō  
 bustum, resina fricta, uitis cortex, aut folia arida, platanor  
 rum galbulorum pollen tenuissimus, maxime cum hu  
 morem concretum deposuerit: priuatim autem ex hari  
 bus profuuium imposita reprimunt iunci acuti fructus,  
 urticæ foliorum succus, chalcitis, anthyllis concremata,  
 pili leporis, ferulæ mediumustum cum aceto, ononis  
 sicca uel humida, succus porri cum thure, ellychnio ex  
 ceptus: composita uero ad quodlibet sanguinis profu  
 uium hæc quoque faciunt, sponsia recens in liquida pi  
 ce tincta & bitumine circumlita, olla recenti concrema  
 tur, cineris partes duæ, miscentur plumbi & stimeos,  
 singulorum parti unī. ALIUD. Thuris lachrymæ, man  
 næ, sulfuris ignem non experti, æqualem modum in  
 spergito. ALIUD. Chalcitidis drachmæ uiginti, lachry  
 mæ thuris uel mannæ drachmæ sedecim, resinæ frictæ,  
 gypsi combusti, singulorum drachmæ octo. ALIUD  
 crustas inducens sanguinem; reprimens: Chalcitidis,  
 æris combusti, atramenti sutorii, misys tostī paria ponde  
 ra, itē Rhodia dicta, & Xathe probe sanguinē cohibēt.

## DE NERUIS CONVVLNE

ratis. Cap. LIIII.

**N**eruis uulneratis aut punctis, ex sentiendi quod  
 obtinent, acumine, inflammatio & dolor immo  
 dicus accidit. Quare & febres & conuulsiones  
 his oboriuntur, quibusdam & delirium ob nervos cere  
 bro continuos. Interim uero in aliis quoque particulæ af  
 fectæ locis inflammationes, & abscessus super ipsum  
 neruum conuulserat, quod cohareat solent accide  
 re. Ratio igitur est, cutis uulnus apertum inglutinatūq;  
 relinquere, quo per id sanies effluat. At si punctus in cō



Spectum non ueniant, etiam duabus lineis sibi continuis  
 incidere præerea oportet. Remedio autem est, si cor-  
 pus succis scaturit & magna urit inflammatio, primum à  
 sanguinis demissione auspicari: si uero uitiosis repletum  
 5 sit humoribus, etiam purgatione utendum est. Medica-  
 menta uero uulneri applicentur quæ dolorem sopiant,  
 & effluxum saniei patefaciant, non facta præsertim dis-  
 uisione. Itaque aqua calida, quanquam reliquis inflam-  
 10 mationibus sit accommodatissima, uulneratis tamen  
 neruis est inimica, ac præsterit eos oleo subtili, quod  
 astrictionis sit expers, ad sensum calido irrorare, neque  
 enim frigida neque egelida admodum tuto adhibetur.  
 Verum ex medicamentis idonea est terebinthina resina  
 per se quidem, in pueris & mulieribus & summatim iis,  
 15 qui mollisunt carne, cum euphorbio autem emollita, in  
 duris corporibus: & si nonnunquam duriora continge-  
 rint, cum oleo quodam subtiliore. Cataplasmata uero  
 in neruis, qui inflammatione tentantur & putrescunt, adhi-  
 20 bebis hordeaceam farinam, aut fabaceam, aut eruinam,  
 instillatitia lixiuua, cum oxymelite coctam. Si putredine  
 careant puncturæ neruorum, recte cerato uteris, quod  
 recipit cere quadrantem, euphorbi unciam, aut colum-  
 25 bæ simi in duriusculis corporibus, olei sextantem, inter-  
 dum etiam terebinthine unciam: ut autem emplastri si-  
 guram induat medicamentum, unciæ euphorbi, sex sin-  
 gulorum sequenium, cere, resinæ frictæ, olei picis liqui-  
 dæ uncias, iniicies. At si in uicem resinæ propolim pin-  
 guissimam indideris, multo id reddes præstantius: atq[ue]  
 30 hoc ad neruos punctos laudatum est remedium: idem  
 & à rabioso cane morsis efficax est. At acetisextarius,  
 picis pinguis pondus, opopanacis quadrans (opopanax  
 aceto solutus magis leuigatur, pix liquefacta mixtaque  
 coquitur) medicamentum compunctis neruis idoneum est,  
 35 ut quod os puncturæ non sinat coniuere, quemadmodum  
 nec in his, quæ à rabido cane morsu sunt, ulcus in cicatrice  
 coalescere: sed efficax solis duris corporibus: sin autem in

PAVLI EGINETÆ

pueris, aut molli carne præditis, punctura affectis, uti co-  
 gites, licet ipsum ex digerente quodam amaracino, aut  
 opobalsamo, aut oleo ueteri liquefacere. Conuenit  
 etiam medicamentum basilicum quod nitrum recipit,  
 aut calcem uinam, aut euphorbium, aut sulfur uiuum,  
 aut syluestris columbæ fimum, aut opopanaxem, aut sa-  
 gapenum, aut liquorem cyrenaicum, aut castoreum, ac  
 medicamenti libram, distorum alicuius uncia debet ini-  
 ci. Facit autem bene, neruorum uulneribus & præser-  
 tim puncturis: quin & in agro ubi nullius copia datur,  
 propolim recentem pinguemq; uulneri poteris indu-  
 cere, aut fermentum maxime uetustum, per se aut cum  
 propoli mixtum, uel cum liquore tithymalli: cataplas-  
 matis utendum ex oxymelite factis, aut lixiuo stillatitio,  
 cum lomento fabarum, aut eruorum farina, aut cicerti,  
 aut lupinorum amarorum, aut hordeacea, aut polenta,  
 idq; non solum dum inflammatione tentati sunt, sed iam  
 inde ab initio protinus. Cæterum quæ relaxant cataplas-  
 mata in neruorum uulneribus semper uitare oportet.  
 At si neruus non punctim, sed plane cæsim uulneratus  
 fuerit, cute etiam quæ interueniebat diuisa, ut nudus ap-  
 pareat rectusq; non transversim dissectus, commemo-  
 ratis ex euphorbio & tam acribus nullis utere, quippe  
 nudus cum sit neruus, uehementem ipsorum uim ferre  
 nequit. Quare calcem quæ sæpius æstiuo tempore lo-  
 ta sit, & oleo liberaliore intincta, assumes. Proficiunt hic  
 & quæ ex pompholyge confecta sunt, item quod mel-  
 le constat, rosaceo largiore liquefactum. Sed ea adhibe-  
 da cura est, ne quid ex iis uulnus contingat, quando qui-  
 dem neruus ipse & sensibilis maxime est, & temperamen-  
 to suo frigidus, & principum corporis partium primaq;  
 ti continuus, Imò ne oleo quidem eiusmodi ulcus irro-  
 rare conuenit, hinc enim sordidum redditur. Abluenda  
 igitur à uulnere sanies est molli lana specillo circumuo-  
 luta. Quòd si omnia ex animi sententia processerint, es-  
 tiam uino dulci madefacere citra periculum licebit, sed  
 in robustioribus



in robustioribus Polyidæ pastillo in linamentum illio  
cum sapa calida uti. postquam neruum denudatum, cō  
texeris, linamenta extrinsecus circumducere, oportet ex  
medicamento quod angustis uulneribus faciat, nempe  
5 eo quod euphorbio præparatur, aut simo columbari:  
sed ita ut etiam sanas partes ampliter comprehendat.

Quum uero transversum nerui uulnus est, maior con  
uulsionis metus impendet, ac quæ ad curationem uul  
neris spectant, hic quoq; sunt eadem, quanquam non uul  
10 li in uulnere adhuc recenti futuris usi sunt, ac medicamē  
to aliquo conglutinatorio: uerum futuras non summæ  
nium cuti, sed altius moliri conuenit, ne quæ in imo  
sunt inconglutinata dehiscant: rursus cura adhibenda  
est, ne ab acu neruus compungatur. Cæterum in sum  
15 ma sciendum erit, in neruorum uulneribus medicamen  
tum natura caldus quod puncturis medetur, diuisione  
nerui non posse curare, ut qui rorsionem ipsorum seruo  
remq; sustinere nequeat: neque quod diuisionibus mee  
detur, puncturis conuenire: non enim uirtus ipsius alte

20 quum angusta est cutis diuisio, penetrat. Victus itaque  
adhibebitur tenuior, lectus mollis, oleumq; calidū alis  
capiti, et ceruici superfunditur, at si in crure neruus uul  
neratus sit, inguinibus, pubi, & locis uicinis: balneo in to  
tum donec inflammatio inclinauerit, abstinendum est,  
25 quum aquæ contactus nequaquam, ut dixi, ipsis conueniat.

Quoniam uero nonnulli citra id manere consuetudine  
nis gratia non sustinent, siquidem læsa particula in ma  
nu fuerit, cauendū est quatenus fieri potest, ipsam aqua  
seu calida, seu multo magis frigida irrigare. Si pes uul  
30 nus acceperit, quoniam fieri nequit ut nō madescat, ubi  
lauacrum ingressuri sunt emplasticum aliquod medica  
mentum uulneratæ parti superaccommodabis, iterum  
extrinsecus linteolos multiplicatos plures oleo imbu  
tos iniicies, iterum fasciam ex linteo à foris deligabis,  
35 deinde rursus in ipso balneo fasciam oleo prius super  
fundes, cū æger in solium descendet: ubi lauerit, omnia q̄

PAV. ÆGIN,

BB

PAVLI AEGINETÆ

imposita sunt ablicies, ac prædicta totius curationis ratione uteris. Contusi uero nervi ubi simul cum his cutis contusa exulcerataq; fuerit, cataplasma ex fabarum lomento & oxymelite postulant, nonnunquam adicitur erui farina & iris. At si dolor contusioni adest, picem liquidam admisce, sin autem citra cutis contusionem euenierit, magis digerens adhibebitur, nempe oleum calēs, anethum dico, superfusum continue aut rutaceū, aut irinum, aut amaracinum. Quod si totus nervus præcussus sit, periculum quidem nullum sequetur, uerum paratricula debilis manebit. Curatio autem eius communis est cum ea quæ aliis ulceribus accommodatur, hæc quidem ex simplicioribus remediis in nervis conuulnertis curatio abunde est, quidam uero compositis uti consueuerunt, cuiusmodi sunt, ex metallicis confecta, Barbara appellata, Cissinum, ex senecione præparatum, melanchloron, Indice, Harmonia, & Athene, quorum & compositionem, & utendi modum septimo libro reperies. Sed quia nonnulli præpotentium etiam sumptuosissis ad neruorum uulnera remediis uti uolunt, Galenus literis prodidit, ad puncturas neruorū, hæc: cinamomi, distamini, sceniculi, singulorum uncia, amaraci sextans, ceræ bes, opobalsami dextans, terebinthinæ uncia.

ALIVD. Liquoris cyrenaiici uncia, ceræ quadrans, opobalsami pondo. Ad denudatos neruos hoc ualet. Ceræ unguentariæ quadrans, unguenti spicati aut foliati, aut nardini pondo, pompholygis, spicæ hardi, amomi, phylli, singulorum uncia, atque hæc supra spem respondere Galenus pronuntiauit.

DE ARTICVLORVM CON

tractione seu ligatione, quæ ancyle dicitur. Cap. LV.

**A**rticulos ex humoribus infardtis ac neruea quadā tensione cōtractos, detentosq; ancylas & ancylotes appellare cōsueuerunt. In quibus facultate opus erit, q̄ emolliat relaxetq;. Cōmuniora igitur



tur his remedia cōueniunt, q̄ in particulis scirro indurat  
 tis ac adeo q̄ in resolutis cōmemorata sunt, p̄pria uero  
 magis, irroratio ex hydrelæo, in quo decoctum sit lini  
 semen, foenugræcū, althea laurus, cucumeris agræstis ra  
 5 dix, ipsum q̄; sicyoniū. Vbi his artus irrorati fuerint, ac cō  
 modatur primū acopa simpliciora, cuiusmodi ex nigra  
 populo, ex abiete. Bromiū, Basilium, Pyxis, deinde Aris  
 10 tophaneti, & quod ad Afsantū refertur. Validissima, Li  
 soponiū appellatū, & Pœcilū, emplastra, q̄d' Amythaō  
 ni ascribitur & Anicetum. Laudatissimū uero quod res  
 20 cipit bdellii, adipis uitulini, suffiminis ammoniaci, iris il  
 lyricæ singulorum denarios sedecim, opopanactis, galo  
 bani, cachryos, styraeis, thuris singulorū drachmas octo  
 piperis grana centū sexaginta, ceræ librā semissem res  
 25 nā terebinthinæ tantunde, irini sedimenti quod satis est,  
 & uini quantum sufficit: copton hoc est medicamentū.  
 Est acopon nō inefficax dissolutum irino, aut cyprino,  
 aut laurino. Inter acopa uero & emplastra, medicamen  
 30 tum est diapternes uariis confectum milturis. Verū ac  
 porum usus mollī adhibebitur & cōtinua frictione: ita  
 tamen ut affectum articulum simul tentes flectere & ex  
 tendere.

DE ARTICVLIS RELAXA  
 tis. Cap. LVI.

25 **L**Axatur subinde articuli ob lōgos febrū mōrbos  
 colicos, & resolutorios, p̄sertim ubi calidior ipsos  
 humidiorq̄; intēperies occupauerit, atq̄; motus  
 inde impeditur. Succurrit his acaciæ succus aqua dilu  
 30 tus & ex alto in partē deturbatus: aut rubi, aut myrti, aut  
 lentisci, uel ulmi radicū corticis decoctū cōgruet, aut ma  
 licoriū illitū, aut myrti folia, cū cerato myrteo imposita.  
 Nā colligantes nerui firmari desiderāt facultate q̄ astrin  
 gat desiccetq̄; huiusmodi igitur medicamenta arti  
 35 culis imponi debent, cuiusmodi ex salicibus est & oxy  
 ra, & palmulatum quod uinum astringens, aut ace  
 tam assumpsit. Multi uero eiusmodi impotentiam

à frigore fieri putantes, deinde calidioribus usi præsidii  
maioem noxam intulerunt.

## DE LUMBRICIS. Cap. LVII.

**T**Res sunt uniuersæ lumbricorum differētia, pri  
ma teretum, altera latorum, tertia eorum quos  
ascaridas nuncupant. Origo omnium generum  
est ex cruda, crassa, pituitosaq; materia & putredini ac  
commoda, qualis in pueris albisq; uoracibus colligitur  
non autem ex calida, acra, aut melancholica substantia.  
Hæ siquidem alimenti naturam egressæ, lumbricis pro  
creandis ineptæ redduntur. e contrario, biliosa potissim  
num recrementa etiam hos perimunt. At si quando fla  
ua bilis unâ cum lumbricis infra, aut etiam uomitu eru  
perit, ipsos quidem intestina obsidere, humorem uero  
biliosum uentriculi os aut aliam quampiam particulam  
occupare scito. Cuiusque igitur ipsorum differentie spe  
ciem, generationem, locum, notas, curationemq; ex  
quemur, à rotundis exorfi.

## DE ROTUNDIS LUMBRICIS.

Teretes igitur lumbrici speciem habent omnibus per  
spiciam, quod sanè aliis frequentiores sint, in gracilibus  
plerunq; intestinis cōsistunt & superiorem uentriculum  
subeunt, ideoq; frequenter per os reiciuntur, quibusdâ  
& è naribus redduntur: atque hoc genus infantibus pe  
culiare & plurima parte cum febricula: sed per febrium  
initia orti, substantiam ex subiecta differentia retinet: in  
stau: ex malitia morbi: in declinatione, ex toto corpore  
ad melius mutato. Etenim Hippocrates memoriæ mā  
dauit bonum esse indicium teretes lumbricos prodire  
cum morbus ad iudicationem tendit, qui subito etiam  
intereunt. Sequitur autem eos qui rotundos lumbricos  
continent, rosio intestinorum & uentriculi, tussis exigua  
cum siccitate irritantes: nonnullos comitatur singultus  
quoque, somnus cum \*conuulsione, & qui his occupā  
tur, sine ratione expergiscuntur, nonnulli & cum clamor  
re expergesunt, & iterum sopiuntur: pulsus inæquales

\*Impres  
sum ex  
plar hēr  
tra. h. c.  
hoc est  
palpita  
gione.



& febres augetur inordinate, quæ cum extremorum  
 perfractione, tertiam, interim quartam, die uel nocte ac-  
 cessionem sine ratione habent. Infantibus autem & cõ-  
 quassatio lingua temere exerta, & dentium stridor ori-  
 tur, luminibus conuient, uoluntq; conuiescere, excitã-  
 5 tibus ipsos indignantur, oculi apparent, genæq; rubes-  
 scunt, ac rursus liuent: atq; hæc paulatim ex intervallo,  
 Quibusdam nauseæ & rofionis causâ stomacho pecu-  
 10 liares creantur, atque ægri cibum respuunt, compulsi au-  
 tem ad cibum nauseabundi uix quod assumitur deglu-  
 tiunt, uel etiam reuomunt, pleriq; uero aliuis descendit  
 corruptos cibos egerens, & tympani modo inflatur.  
 Reriquum corpus sine ratione contabescit, neque elu-  
 15 rie, neq; euacuatione modica suborta. Atqui nõ in om-  
 nibus omnia quæ iam commemorauimus signa inq;ui-  
 rere oportet, sed nonnulla ex eo quod præpõllet, inte-  
 rim & plurima. Hæc autem eueniunt, dum animalia per  
 intestina serpunt roduntq; febris autem calor uapores  
 20 sursum cerebro transmittit prauos, ex putrida in uentri-  
 culo collecta humiditate exhalantes, in quibus ambo-  
 rum partim similiter curam habere conuenit & febris  
 & lumbricorum, partim de febre parum solliciti, lumbrici  
 eos de corpore extimere conuitemur. Multi siquidem  
 nulli lumbricorum cura habita, exesi, ab ipsis sunt, & cõ-  
 25 uulsi interierunt. Alii produnt se lumbricos uidisse, qui  
 ex inguinibus ægri eruperint. Cæterum occisos hos  
 omnes prius, educes: occides autem, amaris potissimũ  
 usus remedijs. Cum igitur febris & lumbricorum com-  
 munis sit curatio, conuenient auxilia simpliciora: po-  
 30 tui igitur dabitur Lchamæmelorum decoctum uel my-  
 xariorum, ut appellant. I uel ipsa myxaria decocta elu-  
 sum non  
 dantur: item ferreos succus, aut coriani semen cũ aqua habet.  
 calida uel cum posca, uel myosotidos herbæ decoctũ,  
 uel cornus ceruini ramentum, uel minium, synopicum  
 35 tenuissimum, ac olei immaturi amarissimi paulatim co-  
 chlearia duo absorbeant, qua enim amarum est, lumbrici

eos occidit: qua lubricum, detrahens ipsos cum sterco-  
 re reddit. At si inflammationem distentionemq; uiscer-  
 ra experiantur, cataplasmate utendum est, quod lini se-  
 mine, farina lupinorum, absinthio & bryonia radice co-  
 stat ex hydromelite, uel etiã humido fotu ex oleo cha-  
 mæmelino, uino, absinthii fructu, & aloë, præcordiis ac-  
 commodato. Vbi uero non uehementer febres moles-  
 tiant, miscenda est myxariis mentha & exhibenda est.  
 Cum ad integritatem uentum est, efficaciora quoque  
 usurpantur, quale est decoctum seriphii uel calamithæ,  
 uel ptereos herba, uel cardamomi semen, uel mali Pus-  
 nici acidi radice ius ad tertias redactum, uel fricti cum i-  
 ni, uel nitri sului singulorum scrupula tria, uel sandoni-  
 chum, uel abrotanum, uel etiã ambo simul, cum mel-  
 le in catapotia coacta, uel lupinorum amarorum scrup-  
 puli terni uel brassicæ, uel erucæ semen leuigatum, uel  
 absinthinum, quod etiã solũ frequenter abunde fuit.  
 Dantur autem & terna lotæ aloes scrupula, quod reme-  
 dium est laudatissimum: in ualidioribus illota quoque  
 aloë utimur, q̃a uero infantes aloen nõ admittunt, supis  
 nis fasciola ipsis detentis ore adaperto p̃ clysteriũ quos-  
 dā ualido munitũ canali, inuitis aloen q̃ penitissime trã-  
 missam iniicimus. Atq; hæc mirifica medendi ratio in  
 pueris est, q̃ difficulter possunt tractari: qbus et cibos su-  
 binde sorbiles, quæ admodũ iis q̃ cibũ auerlantur, insun-  
 dimus. Cæterum & cyphi & masuaphiũ recte dabitur,  
 ite cornu ceruinũ cõbustum cũ pipere & melle uel oxy-  
 melite, reliquaq; ex oxymelite ipsis dare conabimur, p̃a-  
 stiterit aut si acetũ scillinũ fuerit, p̃sertim ætate, p̃uectiori-  
 bus, aut sinapi cũ oleo & aceto ad cochlearis magnitu-  
 dinẽ. At q̃ lubricis, cũ alui p̃fluio infestantur, præbibet  
 plátaginis succũ ipsamq; plantaginẽ aridã assumet, ex  
 æquo enim utriq; et fluori & lubricis efficax est. Cata-  
 plasma his accõmodabitur ex polenta cruda, pteri, abs-  
 inthio, farina lupini, sandonicho & abrotano. Iam uero  
 & malicorium, acacia, galla, uel balauistiũ admiscebitur.



Quonia uero nonnulli subinde amaras potiones ceu it  
 gratas respuunt, ex iis quæ modo cõprehensa sunt da  
 buntur nõ manifesto amara His accedent insuper cha  
 mæpitys, marrubium, helenium, bacca lauri, acacia, thy  
 mus, pulegium, carpesum, iuncus odoratus angulosus,  
 polypodiũ, iris, cnico, erithrodanon spina ægyptia cum  
 pipere, singula sex scrupulorũ instar: itẽ ius methæ, mo  
 ri radice succus decoctum uve, petroselini, reliquaq; odo  
 rata semina, extrinsecus autẽ inducitur aloẽ cum melino  
 & uino, hoc & appetentiã excitat, quæ uix magno nego  
 tio recipitur: miscetur autẽ sepius aloæ absinthium: aut  
 felle taurino, cum amaris quibusdã prædictis umbilicum  
 impleto: aut oleum ex rhododaphne factum liberaliter  
 delinetur, aut liquor cedrinus & solus et cum cerato, to  
 tuẽtriculo imponitur, aut pix arida trita inspergitur, uel  
 mentha, uel melanthium cum rosaceo, uel et seriphii ius  
 ipsis admiscebitur, uel fraxini persicæ folia in pollinem  
 detrita delinimus. Utendum uero est medulla cerui, un  
 guinis modo, in umbilico, pube et lumbis: ceratumq;  
 adiungetur, si res postulet, hoc, Aloes, absinthii, farinae lu  
 pini, seriphii, melanthii, singulorum scrupula sex, ceræ  
 uncia et semisis, chamæmelini quod satis est, felle tauri  
 nõ arida leuigatur. Porro ab inferioribus partibus multo  
 sam iniicere copiosiore expedit, quo lumbrici melo  
 lis dulcedine llecti deorsum, descendant: si autem pu  
 tres facti in alto corporis non excernantur, sed potius uas  
 pores sursum mittant, educendi sunt, aut aloes aut me  
 dicamenti amari ex ea confecti potione, quandoquis  
 dem etiam in aliis medioctis alui uacuatio non ex  
 pers est præfidii.

## DE LAVIS LUMBRICIS.

Latus lumbricus mutatio est, ut ita dicã ad natã in inte  
 riori intestino membranæ in materiam animalis modo  
 mobilem, quæ sæpe tota redditur longitudine incredi  
 bili, uel pars ipsius excernitur: dissolutus uero, nõ coale  
 scit: et nunc in iis etiam qui febri carent, abundant: nunc

BB iiii

PAULI REGINETÆ

febricitantibus accidit ex longo morbo continuas febri  
 machi rosiones inferens, ac impotentē cibori appeten  
 tiam. Nam quod animatum euasit, in intestinis obiectū  
 rapit alimentum, ut alio statim opus sit, & nisi assumpse  
 rit, intestina rodantur. His occupatos comitatur corpo  
 ris gracilitas, & impotentia, cum inæqualitate: at quod  
 tertissimum est indicium, cum recrementis nonnulla se  
 mini cucurbitæ similia excernuntur. Curatio cōcordat,  
 potio enim ex acrementis petita, & aliorum elus, tum  
 pteris uel centaurei decoctum & potum & ab inferiori  
 10  
 bus partibus inditum, uel calaminthæ uel dictan  
 ni, uel pulegi: dabitur autem in aluum & muria. Præbi  
 bere uero hoc medicamentum quod sequitur, neq; iis  
 qui aliis lumbricis infestantur, inutile est, si febre potissi  
 15  
 mū uacauerint. Nitri rubri, piperis, cardamomi pares  
 portiones: dantur terni scrupuli, cum uino aut aqua cal  
 lente. A L I V D eclegma. Piperis, baccarum lauri pu  
 rarum, cumini Aethiopicæ, mastiches, pares modi, mel  
 lis quod satis est: datur cochleare unum mane, & dor  
 mituro. At si efficacius id fieri desideres, nitri quoq; ru  
 20  
 bri parem portionem adicies. A L I V D. Helenis, suffi  
 minis ammoniaci, Lpiperis, singulorum denarii quinque,  
 cum oxymelite calido: tempore interposito dabitur eu  
 phorbi drachma, uel duæ prouectionibus. A L I V D.  
 Pteris acetabulum, nitri denarii duo, datur unū cochlea  
 25  
 re aquæ euacuatione prius facta: satius autem erit si etiā  
 scammoni momentum allimat. A L I V D. Mali  
 Punici acidi radicum corticis in summo decorticati de  
 narii quatuor, piperis tantundem, cardamomi denarii  
 30  
 sex, marrubii denarii duo, melle dantur, porro prius as  
 sumpto. Verum ut ex toto affectus discutatur, theria  
 cen quoque exhibebis.

DE ASCARIDIBVS. Cap. LVIII.

**A**scarides, ut modo est diximus, specie lubricorū  
 cōtinentur, uermibus similes q̄ in extremo lōga  
 38  
 none & ani sibilū initio reperiūtur, uehementē

Exemplar  
 aliud hęc  
 pteris.



locorum horum pruritus excitantes : generant specie  
hanc praua alimenta, perfrictio, & ciborum corruptio.

Vacuari igitur debent in infantibus, glandibus ex melo  
le, cum salis momento, uel nitri: in prouectioribus, acri  
5 muria, aut decocto centaurei, cum nitro & melle, aut cu  
curbitæ syluestris, aut absinthii, aut chamæleontis, aut  
anchusæ, aut enici, aut hyssopi, aut pulegii, aut calamin  
thæ, aut lupinorum: secundum clysteres sublinetur longi  
10 ganon, simplicibus quidem, acacia, aut hypocyfide cū  
nitro, aut rhu syriaco cum alumine liquido: at quibus al  
uus astricta est, lemnia sphragide, cum uino compositis  
autem, Andronis pastillo, similibusq;. Cedrinus autem  
liquor ipsis iniicietur per clysterem multis peruium fo  
15 raminiibus, quales ab utero metrenchyæ appellantur:  
aut carnem balsam commode impositam deligamus,  
quandiu sustineri possit eamq; frequenter mutare oportet.  
Cæterum communiter omnes quos lumbrici male  
habent, pili ichneumonis iuuant, suffiti. Cibi præscriben  
20 tur ipsis prohi succi, & qui facile in membra digeruntur  
nec lumbricorum effectricem causam adaugent, nec ul  
res superari permittunt, propter quas & uinum aquosū  
exhibebimus: liberalius autem nutrire ipsos ob hoc is  
sum oportet, ne alimenti expertes lumbrici rosiones pa  
25 riant, dabitur autem cibus, tum præcipue quum non ina  
niti fuerint. At si alui profluuium fuerit, sciendum est  
lumbricos magis abundare, cibo non distributo, ac iam  
forbiles ægris cibi dantur, admixtis quibusdam etiam  
astringentibus, uerbi gratia, piris, aut pomis, aut malis  
30 Punicis, præcipue acescentibus: à foris autem uentricus  
lo remedia continentia inducuntur, de quibus supra dis  
ctum est.

## DE DRACVNCVLIS Cap. LIX.

IN India & superioribus Ægypto locis dracunculi  
generantur, ceu animalia quædam lumbricos imi  
35 tantia, in partibus musculosis, puta brachio, femore, ti  
bia: in pueris etiam latera sub cute perreptant & palam

PAULI AEGINETÆ

mouentur deinde cum diu extremum aliquod dracunculi remanserit, locus suppurat, & cure ipsius adaperata, initium ipsius progreditur: cum trahitur, dolores mouet, præcipue abruptus. Qua propter nonnulli dicunt plumbeam molem ex dracunculo suspendenda ne uersim, sed particulatim molis pondere decidat. Alii uero hos damnant quod n hilo magis pondere molis plumbeæ dracunculus abrupatur, & dolores uarios concitet. iubent partem in aquam dimitti calidam, quo dracunculus tepelictus foras prorepat, deinde digitis ipsum membratim extrahere. At Soranus neque animal prorsus, sed neruosi cuiusdam substantiam esse putat, quod opinionem motus solum præbeat, siue autem hoc sit, siue quod prius dictum est. Sorano & Leonidæ aliisq; uisum est, calida superfusione & cataplasmatibus concoquentibus in his uti ex mulla, farina triticea, aut hordeacea. Est cum emplastri usum eiusdem potentia probant. Conuenit autem & quod ex baccis lauri & quod ex melle constat: emortui siquidem horum usi dracunculi, nimirum quod continetur corpusculum excidit. Suppuratione autem facta, nisi exciderit, cutis diuidenda est, ubi denudaueris, quod continetur, auferes: & cutem linamento penetrabis, ac deinceps eam curandi rationem adhibebis quæ puri sit maturando.

Libri Quarti Finis.

DE DRACUNCULIS CAP. LIX.

In India & superiorem Aegypto locis dracunculi generantur, qui similes sunt dracunculis marinis, sed in partibus mollioribus partibus marinis partibus sunt etiam facillime esse percipiunt & partibus